horam tamē spiritaľ conceptio eius hodie celebrari delectat. qz ipe aiaz creator aiam sua matre dignā z sanctissimā corpori vginali eius
B angelis ministrantib⁹ copulauit. Hec ille. Qz etiam hoc festū conceptōnis sit cum gaudio celebrandum. monet sapiēs Ecci. xxxij. Procurre aut poz in domū tuam. s. mortalem. z illic aduoca re. illic lude. z age conceptōes tuas. s. ppľ te factas z in his oibus bñdicito dñ te inebriat bonis tuis. vbi p ludum intelligit tripudium quo letaľ aima in actu deuotōnis. has recolēdo cōceptōnes. De quarū vna dicūt vba pfata Nec dum erāt abyssi. z ego iam cōcepta erā. In quibus duo tanguňť. Primo electio vginis eternaľ ibi. Necdū erāt abyssi. Scōo conceptō mirabiľ vginis. ibi. Et ego iam cōcepta eraz. Circa pmum est notandum q in ciuitatibus regalibus vl imperialibus taľ extat cōsuetudo. Cum audiūt vel pcipiunt impatorem aut regem eos valde benigniť visitare. z de angustijs hostiuz liberare. tūc longe solent sibi eligere condignaz beneq ornatā mansionē in qua decenť recept⁹ mitioz apparebit. Spūaliter mūdus iste est ciuitas impialis quam summ⁹ imperator z rex regum fundauit. z creauit celum z terram. Ideo iure fundatōnis ad ipm ciuitas ista expectat. sicut ps. testať. Domi est terra z plenitudo eius Ad hanc ciuitatem iste celoz̄ impator varios nuncios misit aduentū suum ciuibus nūciare. Quoz̄ vnus fuit fidelis Zacharias. q̄ ait eiusdem. ix. Ecce rex tuus venit tibi māsuet⁹. Alⁱ fuit Malachias qui nūciauit dicens. Veniet ad templū sanctum suū dominator domin⁹ quē vos queritis Malachie. iij. Tertⁱ fuit aggeⁱ. qui retulit. Veniet desiderabilis cūctis gentibus. Aggei. ij. Audientes igiť ciues aduentuz tam potentissimi regis ppter bonū eorum misericordiť venientis. quia vt habetur ex simbolo Niceno. Ipe ppter nos homies z ppter nr̄am salutem descendit de celo. Idcirco ex omib⁹ hominibus vnam sibi dignissimā elegerūt mansionem vginem Mariam qua excepta nemo dignus fuit suscipe talem regem. Et dixerunt ad eā hoc quod ibi caniť O filia syon adorna thalamum tuū z suscipe regem christū. Et nō solū ipi ciues sibi hanc mansionem elegerūt. imo verius ipe sibi pelegit ante mūdi constitutōnem. z hodie cōcipi voluit que tamē ab eterno pulsa fuit. Recte sicut sapiens architector volens domū regiam cōstruere diu in mente sua precōcipit anteq ipam erigit seu adesse producit. vt nihil rex talis inueniat quod ocuľ suis displiceat. Sic fecit celestis architector sapientissimus pater volēs erigere domum speciosissimaz p filio suo qui fm ps. Est rex magnus sup omnem terram. Qui ante concepit eam in mēte sua diuina, quemadmodum gloriaľ de ipa in verbis preassumptis. Necdū erāt abyssi. z ego iam cōcepta eraz. vt esset thalamus dei. Ipa virgo dignissima p domum Dni regis indoctū aptius est prefigurata. de qua legitur i hystoria magni regis Alexandri. Hec erat inquit firmiter stabi
B bilita. quia in ipa erant columne auree excise. z parietes domus erant vestiti lammis aureis Vinea q̄ aurea pendebat inter columnas cuⁱ folia erant aurea. z racemi cristallini. q̄bus imposite erant gemme ignite z smaragdine. Omnes etiam māsiones que erant in ea. ornate erāt margaritis z carbunculis que ianuas habuit de ebore albo. Talisq domus fuit sancta Maria z nō solum cōmunis sed regalis. Quia scimus q tempe pfecutōnis hostium z tempe magne necessitatis refugiū habent homies ad domus pcipue regales in quibus ab inimicis tueātur. Sic omis homo qui refugium habet ad ipsam quādo est in maxima sua necessitate. s. in fine vite demonibus psequentib⁹ sua protectōne ab illa liberatur. Et hoc patet p exemplū. Quidaz
E monachus fuiuit deo z beate virgini in ordine xxx. annis. z grauiter cepit infirmari. Cūq iaz vellet expirare venit ad eum demonū multitudo querentes aiam eius. Quod cū vidisset cepit clamare. ve mihi q vnq̄ natus sum. ve michi q vnq̄ ordinem intraui. melius michi esset fuisse ranam. Fratres aūt audientes clamorez coram eo oratēs conuenerūt. ad quez accedens senioz suus dixit. O pater quare ista dicitis cū fueritis semp bon⁹ homo. dicite ergo post me hec verba. Maria mater gratie. mater misericordie. tu nos ab hoste protege. in hora mortis suscipe. Quod cū dixisset. z modicum iacuisset. cepit dicere. Bene mihi q vnq̄ natus fui. Bene michi q vnq̄ ordinem intraui. Fratres vo audientes tam subitā mutatōnem ceperūt quere re quid hoc esset q tam blaspheme clamasset. z respondit. Ideo clamaui. quia demones in[illegible]ti venerūt volentes aiam meā rapere. Sed cū dixissem oratōnem pdictam. z refugiū habuissem ad Mariā. statim venit ad me mater misericordie. ad cuius aduentū omnis re[illegible]essit multitudo demonum. z modo me ad su[illegible]á cōuiuium inuitauit. z sic spiritū emisit. z sal[illegible]atus est ab hostibus suis in gloriosa domo. Ista dom⁹ regalis ita firmiter fuit situata col[illegible]ūnis aureis. et hoc supabundantibus gēmis. qz in vtero fuit pseruata. q neq vento sup̄oie neq pfecutōis tempestate deiici potuit. neq in aliq̄ cadē peccatum. qz in sua spēali conceptiōe tāta copiositas gratie sibi collata fuit. q̄ fm beatū Bernh. non solū ortum sanctificauit. sed deinceps immunem custodiuit q̄ nulli hoim in vtero ē collata sanctificatio. Hieremias fuit in vtero sanctificatus Hiere. j. Anteq exires de vulua sanctificaui te. Sed huic datū est q nō potuit mo-

taliter peccare post sanctificatõnem. sed bñ veniáliter. Ideo dicit Hiere. xv. Ue mihi mater mea quare me genuisti virũ rixe. virum discordie in vniuersa terra. Ideo legit de Johanne baptista Lu. j. Qui spũsancto fuit repletus adhuc in vtero matris sue. Attamẽ canit de ipso. Antra deserti teneris sub annis ⁊c. Marie autem vltra hoc collatũ est q nũq̃ peccauit veniáliter. Quod fuit gratie magne signũ q nõ solũ vulnus nature sanaret. sed etiã ipam naturã super omnẽ legem nature extolleret Ipa aũt erat vestita lammis aureis diuine charitatis. teste Hiero. in ℔mone. Beata inquit mater dei cui⁹ candor virginitatis sicut plantatio rose in hiericho specialius effulsit. splẽdidius emicuit. officio circũdata charitatis. In hac regali domo fuit vinea aurea. hoc est cor mundissimũ caritate vndiq̃ ornatũ. in q̃ creuit vitis illa ℣a xp̃s Joh. xiij. Ego sum vitis vera. de q̃ pfluit vinum nobile. qđ ℔m ps̃. ciij. Letificat cor hois. ⁊ a quo oẽs inebriant electi dei. Can. v. Bibite amici mei ⁊ inebriami. Hec eterna dei dom⁹ est serenata margaritis ⁊ carbunculꝰ. Margarite ℔m naturales sũt albe ⁊ parue. ⁊ significãt ℣ginitatem cũ humilitate. quod simꝰ habuit ℣go Maria. qz si vnã illarũ nõ habuisset deũ cõcipe nõ meruisset. teste bea. Gregl. in regístro. Quantũcũq̃ beata ℣go fuisset casta. nunq̃ tñ cõcepisset nisi hũilitatẽ infimã habuisset. Carbũculus ℔m Jsi. li. xvj. est lapis p̃ciosus vt carbo ignit⁹ cui⁹ splendor neq̃ in nocte vincit nec die obfuscat. ⁊ significat cõũsatõz sanctã ⁊ p̃fulgidam q̃ oẽs secũ cõuersantes illustrabat. ℔m illud Mat. v. qđ audierat a filio suo. Sic luceat lux vr̃a coram hoib⁹. Etiã carbunculus qui lucet in nocte significat fidem eius que in ea nũq̃ extincta fuit. Naz cũ discipuli oẽs ab ea tempe passiõis recesserũt. ipa sola luxit in fide. Qđ testat eccl'a que. s. xiij. lumia accẽdit i matutis tenebrarũ inter q̃ solũ vnũ ardere remanet vltiate. quorũ. xij. significãt duodeci ap'los q̃ h̃ tempore in fide nõ luxerũt. Sed vltimuz significat Mariã in q̃ fides luxit tam in ꝓsperis q̃ in aduersis. Ecce q̃ speciosam sibi elegit ab eterno rex celorũ habitatõz cũ nondũ erãt abyssi. Et hoc quo ad p̃mũ. Quantũ ad scdm est notandum ℔m Jsiõ. li. xxj. quidam piscis est in mari q̃ de nocte exit mare venit q̃q̃ ad litus eiusdem. ibiq̃ aliq̃diu quiescit quousq̃ ros descẽdit. Descendente igit roze aperit os suũ. ⁊ de roze suscipit quantũ potest. Ueniẽteq̃ sole piscis concipit ⁊ generat margaritas. Mystice p̃ hanc piscẽ intelligi potest beata Anna que licet in mari hui⁹ mũdi p̃sonaliꝰ habitabat. tñ p̃ õsideriũ exibat ad littus eterne beatitudinis. di. cũ psal'. cxix. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus est. Ideo appropinquãte tempe gratie quo de⁹ humanum genus voluit redimere concepit hodierna die ex roze celesti. hoc est ex voluntate dei in q̃ virgo Maria cõcepta est ℔m Anℏhelmũ vbi supra. veniẽte sole. hoc est gratia supabundãte spũsancti. cũ anime infusione que facta ẽ tricesima q̃nta die a conceptõne carnali que fuit facta hodie. Concepta est igit spũaliter h̃ speciosissima virgo Maria tanq̃ margarita alba absq̃ vlla macula. ita vt celestis sponsus ad ipsam dicere potuisset illud Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te Quia aiunt aliqui ob deuotõnem virginẽ esse concep tam absq̃ labe peccati originalis. Quibus alsentit Anℏhelm⁹ in li. de conceptõne virgis dicens. Justicia vere fuit vt omipotẽs sapientia dei ⁊ virtus mũdi sibi ex omni tempe habitaculum cõderet remota omni labe conditõis humane qui angelos ab alijs peccantib⁹ a peccati fuauit feminã ⁊ matrem suã futurã ab aliozuz exortem peccatis seruare voluit i eternitate sui consilij fixam. statuit eam dominatricẽ et regi nam angelorũ esse ⁊ foze. Et tunc inferiorẽ gratia alijs factam in consortiũ querimus acceptã hominũ peccatoz. q. d. nequaq̃. Et subdit Ex istimet hoc quod vult argumentis suis. probet his que dicimus. Aduersek ergo donec deus ostendat mihi aliquid dignius excellentie dome mee posse dici que dixi. Dico quod scripsi non obmitto. Et ꝓbat hoc exemplo castanee. Attende inquit. Sicde⁹ castanee confert vt infra a spinis remota concipiat et alat ⁊ fozmek. non potuit hoc dare corpori humano. quod ip se templũ fecerat in quo corpaliter habitaret. ⁊ de quo i vnitate sue psone pfectus homo fieret licet hic inter spinas peccatorũ conciperek. ab ipis tamẽ spinarũ aculeis expers omnino redderek. q. d. vtiq̃ potuit. Et ne sibi aliquis obijceret illud Roma. j. Omẽs peccauerũt ⁊ egent gratia dei. Similit. j. Chor'. xv. Sicut in adaz omnes moziunt. Subdit. Cum eminentiã gratie ⁊ vite virginis considero. Sicut nõ te intra omnia que facta sunt inestimabili modo intueor. ita non lege nature aliozũ in tua conceptõne deuictaz fuisse opinor. sed singulari ⁊ humano intellectui impenetrabili diuinitatis virtute et operatõne ab omni peccati admixtione liberriman. Hec Anℏhelmus. Cui cõcordat illud ℣ginis benedicte quod legit in reuelatõib⁹ Brigite. in qua ꝓbatur q Maria sine peccato est concepta dicens. Sicut alicui volenti ieiunare qui desideriũ comedendi haberet. sed volũtas resisteret desiderio. p̃ciperek a supiozi cui obediendum esset q p obedientiaz comederet. illa comestio maiozi remuneratõne digna essz q̃ ieiuniũ. Sic p talem modum cõiunctio parentuz meoz fuit quãdo ego concepta fui sine originali peccato. q sicut filius meus ⁊ ego nunq̃ pec-

cauimus. ita nullū cōiugiū fuit quod honestiꝰ esset q̄ illud de quo ego ꝓcessi. ꝛ qñ pater ꝛ mater cōuenerunt matrimonialiť plus fecit ꝟ obedientia q̄ carnalis voluptas. qz alij cōiuges cō uenerūt ex voluptate carnali. mei vo parētes cō uenerūt ex obedientia ꝛ precepto. Sed scito q̄ mea conceptio nō oibus fuit nota. quia placuit deo. q̄ amici sui pie dubitarent de conceptione mea. ꝛ q̄libet ostenderet zelū suū donec veritas clarescceret in tempe ordinato. Hec Brigl. Ex his dictis ptz q̄ Maria mirabiꝛ vltra oēm humanā creaturā sine peccato sit cōcepta. Sz contra hoc est quasi totꝰ cer⁹ sanctorū doctorū ipaz sicut ꝛ alios hoies in peccato originali ꝓceptaz asserentes. Et ad hoc sonat augꝰ. in sum. de pe. ꝛ ponitť in canone de ꝓse. di. iiij. Firmissime indt tene ꝛ nullatenꝰ dubites oēm hoiem ꝓ cōcubitum viri ꝛ mꝛis cum originali peccato nasci Ad exponēs archidiaconus Guido in rosario dicit. Natiuitas est duplex. Una i vtero. alia ab vtero. In vtero nasci est aiam corpori infūdi. Sed ex vtero nasci est in lucē ꝓduci siue ꝓdiri. Et subdit q̄. b. ꝟgo Joh̄. bap. ꝛ Hieremias originali peccato nati sunt in vtero. Idē tenet Bonauentu. sup. iiij. sen. di. iij. q. xxviij. Q̄ sanctificatio ꝟginis subsecuta est originaꝛ culpe ꝓtractōnem. qz nulla immunis fuit a culpa originaꝛ peccati nisi solus ꝟginis filius. Et subdit Sufficiūt em̄ ꝟgini alie dignitates q̄s sibi filiꝰ cōmunicauit. in q̄bus excellit alias oēs laudes ꝛ deuotōnes. Et ideo nō oportet nos hoies cōfingere ad honorez ꝟgis. q̄m nō indiget nostro mendacio que tam plena est veritate. Idem tenet beatus Gre. in moraꝛ. q̄ q̄ plēs alij quibus fortassis esset magis assentiendū q̄ ꝓmis. qz di cit aristo. iij. poꝛ. Turba melius iudicat q̄ vnꝰ vel duo. Et ꝟ etiam magꝛ vt estimo cedit in laudem dei. Sic in simili esset si vnꝰ sapiēs artifex q̄ posset p̄ciosum vas facere nō solū de auro. sz etiam de vili luto eiusdem p̄ciositatiꝛ ꝛ pulchritudinis. nō magis laudareť q̄ de auro q̄ō illaz habet pulchritudinē p̄existentē. ita si xp̄s sapientissimus artifex potuit ꝛ voluit matrem suaz dilectissimam in luto originaꝛ culpe conceptam mundissimū vas facere. merito de hoc summo opere est laudādus. ꝛ ipa mater misericordie a nobis non minus imo maxime est laudanda.

L Sed quia dicit Aristo. Mediū in omibus est laudabile. ne ideo videar ad vnam partem magis q̄ ad aliā declinare. volo cū iesu ꝓ medium illoꝝ ire. hoc enim tenens cū ꝓmis. Si beatissima virgo Maria sine originalibus est ꝓcepta tunc b̄dictus sit deus pater domi nostri Jesu christi. q̄ eodem filio suo tam mundissimā p̄parauit mansionem. in q̄ dignatꝰ est mi⁹ricorditer nouē mensibus habitare. ꝛ q̄ dñs deus sit ꝓpter hoc benedictus dicit sapiens Ecci. xxxvj. age conceptōnes tuas. ꝛ nō in delictis tuis. sed in his omnibꝰ dñm b̄ndicito. q. d. O homo celebra conceptōes ꝟginis que ꝓpter te fctē sunt ꝛ nō in delictis tuis. ꝟ est noli temere defendere vnam illarū partiū vbi forte cadere posses in peccatū. sed de hoc sufficit pie dubitare ꝛ dñm benedicere. sed hoc teneo cū secūdis si vt dicūt Maria in originalibus est cōcepta. tunc statiz est sanctificata ꝛ purgata. ꝛ licet nō in eodez instanti quo fuit inpceptibiliter infecta. ꝛ hoc ꝓpter repugnantiam culpe ꝛ gratie. tamē factuz est in aliquo instanti ꝓmo. sicut nature possibile fuit. Et hoc iterū apꝛet q̄ sollicite diuina gratia beatā ꝟginem in puritate seruauit. quia tempe inpceptibili ꝛ breuissimo ipam in origia li ꝓmisit. ꝛ q̄cito potuit fieri ipam ꝓ gr̄az emūdauit. ꝛ hoc quo ad secundū.

Sermo tertius de eadem.

Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Psaꝛ. xlv. Aristo. li. xviij. animaliū valde mundū dicit est animal q̄ō apis est. nam in locis immūdis habitare dedignaťur. ideo sterc⁹ suum eijcit in volatu ꝛ nō in alueario. quia fetidꝰ odoꝝ grauat ipam. Et si aluearia efficiunť fetida velociter delinquūt ea. nam si ibi morarenť citius egrotarent. Mystice ꝓ apem intelligiť christus. quia sicut apis est animal paruum et dulcem facit fructū. sic xp̄us est paruus in būilitate. ſm illud Matth̄. xj. Discite a me qz mitis sum ꝛ humiꝛ corde. Et tamē dulcē facit fructū in suis doctrinis. ꝛ p̄cipue in p̄ncipio sue predicatōnis cum dixit. Penitentiā agite appropinq̄bit enim regnū dei. Matth̄. iiij. Ideo de ipso potest exponi illud Ecci. xj. Breuis in volatilibus apis ꝛ initiū dulcoꝝis habet fructus illius quia fructum sue doctrine incepit p̄dicto dulci verbo. Iste mundissimꝰ xp̄us more apis in locis mūdis cordiū habitare dignaťur. ſm illō Sapi. j. In malivolā animā non introibit sapiētia. ꝟ est xp̄s q̄ est sapiētia patris. nec habitabiť in corde subdito peccati. Et exquo doctoꝛes tradunt ꝟginē Mariā in peccato originali concep tam. decēs fuit vt eā altissimꝰ ab iꝑo mundaret anteq̄ in ea habitaret. sicut figuratū est. iiij. Regū. xj. Ubi legiť q̄ Joas rex hierlm purgauit templū qđ violauit Athalia regia extirpās idola ꝛ aras destruxit. ꝓ Athaliā Eua intelligitur. Figurať q̄ qđlibet hoīs nascētis corꝰ violauit ꝓ peccatū. ita vt quilibet dicere pōt cuz ꝓpheta. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum. Ideo fuit necesse virginem purgari per Joas regem dei filiū a culpa originali qđ fctm est post anime infusionem. ſm Bern̄. Et ꝟ volunt verba thematis preassumpta In q̄bus ꝑncipaliter tria describunť. ꝓmo expiatio cul-

pe ꝓcedentis ibi. Sanctificauit. Secūdo inhabitatio gratie sequentis. ibi: tabnaculum suuz. Tertio exp̄essio potētie transcendentis. ibi. altissimus. Circa ꝑmū est notādū cuilibet regi decet habitatōnem cū solicitudine q̄ri. ⁊ q̄sitā ꝑparatiōe disponi singulari. Sic fecit Moyses deo q̄ est rex regū ⁊ dñs dñantiū. Apocal. xix. sollicite domū q̄siuit. q̄sitā igit ⁊ fabricatā singulari disposuit ꝑparatōe. Nume. vij. vbi legitur. Factū est in die q̄ cōpleuit moyses tabernaculum ⁊ erexit illud. vnxitq; ⁊ sanctificauit cuz
L oibus vasis suis. Mystice dei filiꝰ est rex celorum. ⁊ sic cōgruū fuit vt sibi māsio summa sollicitudie q̄rerēt. ⁊ exq̄sita segregarēt. qz nō est digna habitatio cū ꝑphano. qđ declarat in natura. Refert ꝓli. in spec. na. li. vij. c. xxxix. Taxus q̄ naturaliꝰ ꝑuidet tempestatē facit sibi domunculā sub terra diuersos exitꝰ ꝓtinētez. ⁊ in hac sp morat. Sed ḃ sciēs vulpes q̄ est aial fetidum ⁊ corruptiuū. ita q; loca vbi habitat reddat sterilia. intrat domū taxi. ⁊ ibi simum suū ⁊ vrinā ꝓijcit. ⁊ domunculā fetidā reddit. Quod sentiēs taxꝰ ibidē ammodo manē dedigt. Hic p taxū intelligit dei filiꝰ. q̄ fecerat sibi habitaculum in bn̄dicta terra. ḃ est in vtero beate anne. De qua ps. lxxxvij. dicit. Deus aūt rex nr̄ aī seculo opatus est salutē in medio terre. i. in beata ⁊gine. q̄ fuit mediū beate anne. In hoc medio terre voluit ipe habitare xp̄s dei filiꝰ. Sm qđ ꝑ dixerat p ps. cxxxj. Hec req̄es mea in seculū seculi. Sed ḃ sciens vulpes infernal. ꝓiecit ibi simum originalē culpe Sm doctores. in quo oēs
B hoies cōcipiunt. teste Aug̃l. li. j. cōtra Julianū. Oēs hoies ꝑmozū parentū peccato nascūt obnoxij. Cui cōsonat Greg. sup Exo. iij. Omēs in peccatis nati sumꝰ. ⁊ ex carnis delectatōe cōcepti culpā originalē cōtraximꝰ. excepto domino nostro ihu xp̄o q̄ solus spūsancto ꝓceptꝰ est ⁊ sic liquet q; maria subiecta fuit huic legi peccati originalē. Sicut ⁊ doctores ipam specialit includūt. qz dicit Anſ. in li. ij. Cur deꝰ homo. c. xvj. Licet ipa hois dei cōceptio munda sit. et abstq; carnal' delectatōis peccato. ⁊gro tamē ipsa vnde ipe assumptus est. in iniq̄tatibus cōcepta est. ⁊ in iniq̄tatibus cōcepit eā mat̄ ei. ⁊ in originali peccato nata. scilicz in vtero qñ ipa in Adam peccauit. sicut omēs peccauerūt. ḃ Ille. Jō ab ea necesse fuit hūc simū seu maculam expurgare exquo ꝓordinauit in ea filius dei habitare. quod potest in duobꝰ exemplis declarari ꝓximū est in oculo. Videmꝰ em̄ in natura si oculus debz in se recipe lumē extrinsecū necesse est ipm habere lucē innatā. sicut ḃ patz in oculo clauso a quo tñ ꝓcipit lux. ⁊ nisi lucē interiorez ⁊ puritatē haberet exterior lux intrare nō posset ⁊ accipe exteriorē radiū. Mystice xp̄us dei filiꝰ est radiꝰ veri solꝫ. qz sicut sol naturaliꝫ ō se generat radiū. sic p̄ generat filiū. Jō dicit cād̄or lucis eterne. ⁊ speculum sine macula. Sap̄. vij. Et illuminat oēm hoiem venientē in hūc mōm Joh. j. Oz vterus btē ⁊ginis oculo cōpat̄. iō tē. Recte em̄ sicut lux exterior solꝫ sine aliq̄ fractōne oculi ingredit. Sic xp̄s absq; violatōne ⁊ginitatis vtez clausuz est ingressus. Jō canit hodie. Ut vitrū nō ledit sole penetrāte. sic illesa credit pꝰ partū ⁊go ⁊ añ. mō lic oculū corpa
lem necesse est hr̄e lucē innatā vt recipiat extrinsecam. Sic necesse fuit vterū ⁊gis hr̄e lumen g̃tie q̄si innatū a ꝓncipio sue spūal' ꝓceptōnis aut sanctificatōis. vt in se recipet lumen eternū. Jō dicit Anſ. in oratōe q̄ incipit. ꝑmuz ⁊ ꝓncipale ꝓncipiuz. Aiam gl'ose ⁊ginis Marie creasti in macula originalē. sed cōsequenter eā in vtero a ꝑmeua labe purgasti. ⁊ amictu mūdicie decora/
sti. ⁊ in sanctitatis puritate postea confirmasti. Scōm exemplū est de tēplo ꝓsecrādo. Scimus em̄ Sm Guil'. in ratōali diuinorū li. j. ex in cōsecratōe templi corpal' in quo dz locari corpꝰ xp̄i necesse est añq; consecrat̄ oē mozticinuz expelli ⁊ postea parietibꝰ inunctis ꝓsecrari. Sic etiam necesse fuit in beata ⁊gine q̄ futurū debuit fieri templū dei vt omne mozticinū peccati originalē expelleret. ⁊ postea vnctiōe spūssancti inungi. Sm qđ ꝑdixit ꝓpha ps. xliij. Unxit te deꝰ deꝰ tuus oleo letic̄ie p cōsortibꝰ tuis. vt sic in ea corpus xp̄i verū requiesceret. Quia dicit Eccl. xxiij. In ciuitate sancta requeui. ⁊ hoc q̄ ad ꝑmuz. Quantū ad scōm est notandum Sm naturales. Rex apū hz speciale habitaculū in aluearii ex amie apū. in quo ipe solus habitat. ⁊ nulla alia inter apes. Mystice p regē apū xp̄us intelligitur. qz videmus q; rectores apū soli extra aluearia nō apparēt. nisi stipati magno exercitu apū que oēs ꝓ tuti sue se offerūt. Ita xp̄us exiens nobilissimū aluearių. de quo canit. Aue stillās melle aluearium. non solus apparuit. sed statim astitit ei exercitus angelorū obsequiū faciētes. Luce. ij. Iste igit rex angelorū habuit speciale habitaculū. de quo dicit ps. xliij. Oñe pater celestis quis habitabit in tabernaculo tuo? et respondet spūsancto inspiratus. Qui ingredit sine macula. ⁊ operat iusticiam. Et ille fuit chr̄istus qui solus in mundū sine macula est ingressus. Sicut testat beatus Greg. xj. moral. exponens illud Job. xiij. Quis potest facere mūdum de immūdo conceptū semine. dicens. Incarnatus dom̄i intuitus solū vidit in mūdo hominē de immūdo semine nō esse cōceptum. qui sic in mundū venit vt nihil haberet de immunda cōceptōne. neq; em̄ ex viro ⁊ femina sed spiritusancto ⁊ ex Maria ⁊gine ꝓcessit. Sol' g̃t carne sua vere mūdus extitit. qz nō p carnalem delectatōz venit. ḃ Gre. Jō ipe solꝰ in. b. ⁊gie que est tabernaculum benedictum habitauit.

E Compaſ enī ipſa tabernaculo duplici rōe .ſ. re
uerētie. ⁊ ꝓtinētie. qz ſm aplm ad Hebr. ix. du/
plex ps erat in tēplo. vna q̄ ſctā dicebaſ . ⁊ hec
erat cōis ppl̄o laicali. Alia ſctā ſctōz vocabaſ.
et hec erat tāte ſanctitatis ⁊ reuerētie q̄ nullus
ad eā intrabat niſi ſol⁹ pōtifex. ⁊ tm̄ ſemel i an/
no. Sic eccl̄ia catholica hz duas ptes. Una q̄
dz ſancta q̄ oīb⁹ ſanctis ē cōis. Alia ſancta ſctō/
rū. ⁊ hec ē ſoluz ꝟgo maria ſic atteſtaſ Anſ. in
Omel. hodierna dicēs: Dignā donatiōez ſup
oēs ceteros illa debet hr̄e. p quā omnes ſancti
ſanctificāſ. Dicit enī xp̄s ſanctus ſanctoz̄. dz
⁊ ipſa ſancta ſctōz . Et hāc ſolā ſūm⁹ ſacerdos
xp̄s ingreſſus ē ſm qđ figuratū ē. Ezech. xliiij
vbi legit Porta hec clauſa erit ⁊ nō aperiet . ⁊
vir non trāſibit p eam . qm̄ dīs de⁹ iſr̄l ingreſ/
ſus eſt p eam . Scdo btā virgo dz tabernaculū
ꝓtinentie. Tabernaculum enī moyſi cōtinebat
thuribulz uaureū. arcam federis in q̄ erat ꝟga
aaron q̄ floruit. tabule teſtamenti ⁊ vna aurea
habēs mānā. ſic maria ꝓtinebat thuribulū au/
reum. hoc ē ſanctaz ꝙuerſationē. De qua dicit
Amb. li. ij. d virginitate pte. ſ. Talis fuit Ma
ria vt ei⁹ vnica vita ſit oīb⁹ diſciplina. Et ſub
dit. quātū in vna virgine ſpēs ꝟtutum enituit
ſecretū verecūdie. vexillū fidei. deuotionis ob
ſequiū oſtendit. Habuit in ſe maria arcaz teſta
mēti. ſ. xp̄m int⁹ i q̄ eſt ꝟga aarō rōne eq̄tatis i
regia digate ſm illd̄ ps. xliij. Virga directiōis
ꝟga regni tui. Erāt ibi tabule teſtamenti rōne
vitat⁹ ex duab⁹ natur⁹ i ꝑſone vnitate: ⁊ ibi vz
na aurea hñs māna rōne pietatis in ſacramēta
li libertate ſm illd̄ ps. lxxvij. Poſuit illis māna
ad manducandū. ⁊ hoc q̄ ad ſcdm. Quantū ad
tertiū ſciendū q̄ ſolennes ⁊ maxime eccleſie et
tabernacula in q̄bus corpus xp̄i debet ſeruari
⁊ adozari. p maiozes terre dīos fundari cōſue
uerūt. ⁊ ille qui maioz ⁊ potentioz ē p̄mum lapi
dem ponere in fundamēto ꝙſueuit. Quod pul
chre figuratū eſt. iij. Reg. vj. De ſolēni tēplo.
Salomonis in quo debebant ſeruari reliquie
antiqui teſtamēti. qđ ⁊ maioz in hier̄m funda
uit ſalomon de auro. tabulis cedrinis ⁊ lapidi/
bus p̄ciosis. Et pie credendū ē q̄ ipſe ad deuo
F tionē p̄mum lapidē in fundamento collocauit.
Hiſtice. btā ꝟgo maria eſt tabernaculum qđ
multis gratijs eſt fabricatū ⁊ fundatū. qz in ea
debebat corp⁹ xp̄i. ⁊ diuinitatis reliquie ꝙſer/
uari et adozari. ſicut ptz de Johāne baptiſta q̄
adhuc in vtero matris ſue cognouit xp̄m eē p̄
ſentē ⁊ exultando ipſum adozauit. Luc. j. Jdo
dīs altiſſim⁹ ⁊ maxim⁹ inſ oēs ipſam fundauit
ſm illd̄ ps. lxxxvij. Ipſe fundauit eā altiſſim⁹
⁊ p̄mū lapidē . hoc eſt gratiā ſanctificantem in
ipſam poſuit. ſm illud Joh̄. vij. Qui ſine pec
cato eſt veſtrū p̄mus in illaz lapidē mittat. Di
cunt enī naturales. qñ aliqua arboz ē corrupta
ex vetuſtate . illi⁹ arboris radix debet aperiri
⁊ lapis in eam proīci vel imponi. tūc materia i
fructuoſa effluit. ⁊ bonū nutrimētū arbor ad ſe
trahit. ⁊ fertilis efficit. quā prius ſterilitas oc/
cupauit. ꝙper arbozes ſignificaſ hoies. ſm il
lud Marci. viij. Video hoies vt arbozes. illi
erant ex vetuſto peccato p̄moz parentuz ſteri
les et corrupti qz mortui ſm illud .j. Cor. xv.
In adam oēs moriunſ. Sic ⁊ vrīgo maria ſm
doctozes ex originali fuit corrupta . Jdeo ne/
ceſſe fuit vt in ea poneret altiſſim⁹ lapidem ſan
ctificantē. et gratiā que fuit maioz in ea q̄ in ali
quo ſancto. Recte enī ſicut lapis qui in funda/
mento ponit cōiter eſt oīb⁹ maioz Jdeo dicit
Bern̄. in ſermōe ꝙuto q̄ copioſioz ſanctificati
onis benedictio in mariam deſcendit q̄ non ſo/
lum purgauit. ſed deinceps ne peccaret conſer
uauit . ⁊ hoc quo ad tertium.

Sermo de ſancta Lucia.

LVcerna ſplēdēs
ſuper candelabrū ſctm̄ . ⁊ ſpecies faciei
mulieris ſup etatem ſtabilem. Eccl̄i. xxvj. Dic̄
Dionyſius cū alijs naturalibus . Lux ē ſubſtā A
tia in ſe ſiſtens. a qua ꝓcedit irradiatio cōmu/
nis ⁊ illuminatio corpoz̄ alioz. ſemp enī in ſe
lucet lux. ſed non ſemper illuminat . ſed ſolum
q̄n inuenit corpus habēs naturam aptā illumi
nationi. vt ait Aug⁹. Myſtice . per lucē beata
Lucia q̄ a luce nomē habet merito deſignatur.
De qua dz illud Sap̄. vij. Luci cōparata inuē B
ta eſt prioz. Recte ſicut lux habet pulchritudi/
nem in aſpectione. ſm illud Amb. Lux eſt pul
chritudo omis creature viſibilis cuius glozia
maxime eſt in aſpectu que cuncta mūdi mēbra
laudibus facit digna . Habet etiam lux diffu/
ſionem ſine inquinatione. qz p quecunq̄ imun
da diffundit non coinquinabit. Habet ⁊ lōgiſ
ſimam lineaz ſine moze dilatione. Ita btā Lu
cia habuit pulchritudinē virginitatis ſine aliq̄
corruptione. qz nec mentali. ergo nec corpozali
Quare dicit Gratian⁹ ⁊ habet. xxxij. q. v. Re
uera. Non inquinat corpus . niſi des conſenſum
mētis Cui conſonat Amb. in li . de vginitate di.
Caro nō pōt corrūpi niſi mens fuerit añ corru/
pta. ⁊ hoc ē qđ dixit ſancta Lucia paſcaſio. Si
me iuitaz violari feceris. caſtitas mihi duplica
bit ad coronā. Habuit etiā diffuſionē charita/
tis ſine aliquo imundo amoze. Habuit lōgiſſi/
mā lineaz diuturne opatiōis ſine tarditate . vt
impleret illud. Eccs. xj. Mane ſemina ſemen
tuū ⁊ veſpe nō ceſſet man⁹ tua. Hec igit̄ iocun
diſſima lux btā Lucia fuit manēs in ſe. hoc ē in
ſuo ꝓpoſito firmo. q̄n nec p minas nec p ꝟbe/
ra potuit a xp̄o ſepari ſed dixit: Ecce corp⁹ me
um o dñe ad ſuppliciū eſt paratuz. ideo ꝓceſſit
ab ea illuminatio fidei in alios infideles q̄ ſunt
L

ab ea in fide illustrati. ideo i ꝟbis ꝑassũptis ꝺr lucerna splendẽs ꝛc̃. Lucerna inq̃ ardẽs per charitatẽ. lucẽs p ꝟginalez puritatẽ. In q̃bus verbis. a. iiij. b. Lucia ꝓncipaliter cõmendaꝝ ¶Primo a clara luminositate. ibi lucerna splendens. Scõo a lata famositate. ibi sup candelabꝝ suũ. Tertio a mira speciositate. ibi. et spẽs faciei mulierꝭ. Quarto a sancta ꝟtusiotate. ibi sup etatez stabilẽ. Be ꝓmo ẽ sciendũ ad experientiã videm⁹ q lucerna q̃ vndiq̃ repleꝝ splendentib⁹ luminib⁹ ẽ luminosa a pte supioꝛi ꝛ inferioꝛi. illuminat eni supioꝛa. ſ. aerẽ. ideo dicũt naturales q grãdi incendio facto rubet celũ. il luminat inferioꝛa. qꝛ vias mõstrat ne hõ i tenebꝛis coꝛruat. Est etiã lumiosa interi⁹ ꝓpter hominũ ꝺuctionẽ. Est illumiosa a pte anteriozi ꝛ posteriozi. illumiat eni añ se ꝛ post se trãseuntes Est ꝛ deniq̃ illumiosa a dextris ꝛ a sinistrꝭ vt sic vndiq̃ illumiet ꝛ illustret. Mystice per hãc lucernã a luce dictã btã Lucia signaꝝ: q̃ fuit lucerna ardẽs. recte siẽ lucerna lucendo alijs se ꝓsumit. sic btã Lucia oĩa bona sua cõsũpsit. et paupibus mistrauit. vt verificeꝝ de ipsa illud pš. cxj. Bisperſit dedit paupib⁹ ꝛc̃. Quia dixit ad mr̃em suã. q̃cq̃d mihi datura es p dote. paupib⁹ elargire Fuit lucerna lucẽs p veritatẽ p quam oẽs exemplo bonoꝝ opeꝝ illustrauit. Ideo exponi põt de ipa illõ Tob. xiij. Luce splẽdida fulgebis. Fulsit eni oi tpe tã pspe/ritatꝭ q̃ aduersitatis. Fm illud ¶Pꝛou. xxxj. Nõ extinguet in nocte. ſ. tribulationis lucerna ei⁹ sc̃z p erroꝛẽ. Nec abscondita fuit ob timoꝛẽ. qꝛ moꝛti se tradidit iperterrite qñ dixit ad pascasiũ. Quid moꝛaris incipe fili diaboli desideria tuaꝝ penaꝝ in me exercere. Ideo de ipsa est illud Luc̃. xj. Nemo accẽdit lucernã. ꝛ in abscõso ponit neq̃ sub modio. sz supꝛa cãdelabꝝ. vt q̃ ingrediunt lumen videãt ¶Hec splẽdidissima lucerna btã Lucia ad instar lucerne materialis fuit circũquaq̃ luminosa. ¶Pꝛimo a pte supioꝛi ꝛ inferioꝛi. A supioꝛi p diuine gr̃e refulgentiam. Fm illud Job. xxix. Splẽdebat lucerna ei⁹ sup caput meũ. ꝛ ad lumẽ ei⁹ ambulabã in tenebꝛis. Be hac luce superioꝛi ꝺr Act̃. ix. Subito circũfulsit eũ lux. A pte inferioꝛi p ꝟginalem mũdiciã Juxta illud Sap̃. iiij. O q̃ pulchꝛa ẽ casta generatio cum charitate. ꝓpter hãc lucẽ dixit ei btã Agatha. Soꝛoꝛ mea Lucia virgo dei deuota. In ꝫ q̃ vocat eã deuotã ostẽdit q̃ habuit lucẽ superioꝛẽ. sz q̃ vocat eã ꝟginẽ. notatur q̃ habuit inferioꝛẽ. Scõo fuit btã virgo lucia lumiosa a pte interioꝛi p mundã ꝓsciam. ita vt dicere possit cum apl̃o. ſ. Corꝭ. iiij. Nihil mihi cõscius sum. A pte exterioꝛi p cõuersationem sanctã. Et ꝓpter hanc scõaz lucẽ vocat se templũ dei di. Qui caste viuunt tẽplũ spũssancti sunt. Ipsa eni erat tẽplũ fulgidũ interi⁹. vt de illa exponi põt illõ. iij. Regꝭ. vj. Nihil erat in tẽplo q̃ nõ auro tegereꝝ. per q̃ intelligiꝫ lux interioꝛis ꝓscie. Ipsa etiam erat tẽplum oꝛnatum exterius. Fm illud. ſ. Mach̃. iiij. Oꝛnauerũt templũ ei⁹ coꝛonis aureis. p q̃ intelligitur lux ꝙuersationis honeste. O felix est igiꝫ iste hõ cui⁹cũ beata lucia lumiosa ꝛ clara est cõscientia. Quia dicit beat⁹ Berñ. ad Ruptum monachũ: Veniet tps q plus valent pura coꝛda q̃ astuta verba. magis ꝓscia bona q̃ marsupia plena. Tertio btã lucia fuit illumiosa a pte anteriozi ꝛ posteriozi dei beneficia memoꝛãdo ab anteriozi futura ꝑcauẽdo ꝛ pñtia oꝛdinãdo Iste ẽ triplex actꝰ ꝓudentie. sicut dicẽ Gen̄. iij. de. iiij. virtutibus car. Si inq̃t ꝓudens fueris anim⁹tu⁹ tribus disponeꝝ tpib⁹. ¶Preterita recole futura ꝑcaue pñtia oꝛdina. Be his tribus ꝺr Deut̃. xxxij. Utinã saperẽt ꝑterita recolendo. ꝛ intelligerent pñtia oꝛdinando. ac nouissima puiderẽt. futa ꝑcauẽdo. Ita btã lucia beneficia dei cognouit. q̃n pascasio dixit. Ista nõ sunt maleficia. sz xp̃i beneficia. pñtia oꝛdinauit q̃n suas diuitias pauperib⁹ tribuit. futura puidit q̃n pacẽ eccl̃ie reddità nũciauit. vt in legenda. Quarto fuit lumiosa a dextris ꝛ a sinistris a dextris q̃n iter ꝓspera ꝟuauit tpantiã: sz eni hr̃et multas diuitias tñ int̃ illas paup fuit. Fm illud ¶Pꝛou. xiij. Est paup cũ i multis diuitijs sit. In sinistris. qꝛ i adũsis seruauit patiẽtiã: sicut canitur de ipsa. In tua patientia possedisti aiaz tuã Lucia spõsi xp̃i. sz nũc ptz illõ pš. xc. Cadẽt a latere tuo mille ꝛ decẽ mi. a dex. tuis. Quia i adũsitate a deo multi recedũt. pꝛes tñ i ꝓsperitate. Quantũ ad scõm notandũ fm naturales aliq̃ aialia sũt famosa ꝓpter suã sapiaz sicut elephantes in q̃bus fm ¶Isi. li. xij. intellectus ꝛ memoꝛia p ceteris animalib⁹ vigent Et fm ¶Plin. li. viij. c. j. Quando egrotant herbas siluestres sibi ꝙgregant: ꝛ nunq̃ eis vtunt nisi supino capite ad celũ leuato. Et q̃dã religione a numinibus sibi adiutoꝛiũ postulant. Illo modo lucia ẽ famosa ꝓpter suã sapientiã q̃ maxime patz in rñsis. Fm illud Eccl̃s. viij. Sapia hois luceti vultu ei⁹. Nõne illa ẽ sapiẽs rñsio qñ dixit: Nõ inq̃nat coꝛp⁹ nisi de ꝓsensu mẽtis Certe vtiq̃. ideo i canone ẽ locata. vt in arẽga vbi supꝛa. In ipsa eni lucia p ceteris gr̃atis viguit itellectus ꝛ prudẽtia. ita vt ꝛ ipsa eꝛoni põt illõ ¶Pꝛou. xiij. Sapiẽs mulier edificat domũ suã. ſ. in celis. Be q̃ dicit pš. Beati q̃habitant in domo tua dñe. sic sapia apparuit in q̃ matre sua egrotãte non iuit ad sortilegas auxilium ab eis postulando. sed e celo. cum ad sepulcrum beate Agathe virginis pꝛexit di. Si ei⁹ sepulcrum credens tetigeris. pfecta ꝓtinuo sanitate gaudebis. qꝛ vt sapiẽs ꝟgo sciuit q̃ illi q̃ ꝙsulũt sortilegas q̃q̃ ãnoꝛ regl̃a puniũt.

vt habeꝫ i cano. Qui diuinationes. xxvj. q. v. Cēdo aialia sūt famosa ꝓpꝫ potentiā quā ostē dunt sicut leo q̄ oñdit suā potentiaz in hꝭ siē dicē ꝑli. in spe. na. q̄ in ꝓiculis apparet maxie gloriosus q̄n ꝑsequūꝫ eū canes ⁊ venatores nō se occultat: sed sedet in cāpis vt ab oibus videaꝫ Ei⁹ potentia nō solū manifesta ē in hꝭ sz etiaz i illo q̄ sanat infirmitates. qz ei⁹ adeps ꝓtrariaꝫ venenis. Si q̄s illo punctus fuerit. alioz morsus aialiuz nō timebit. Etiā adeps cuz oleo rosēo mixꝫ cutē faciei custodiet a vitijs. oculoruz sanat tumores. Fel ei⁹ aque addita oculorum acuit claritatē. coꝛ ei⁹ cibo sūptū solā q̄rtanam febrē expellit. Ecce quāte potētie est leo. Isto modo btā ꝙgo Lucia ē famosa ꝓpꝫ suā potentiā aut fortitudinē. tāte enī fuit potentie ⁊ fortitudinis q̄ i ꝓiculis passionū ⁊ ꝑsecutionū se ab impudicis canib⁹ nō abscōdit q̄uis eēt in iuuenili adhuc etate. sz ipsos vicit ꝑm qđ canit de ipsa. Odisti q̄ in mūdo sūt. Ideo potuit dicere Sibi mūd⁹ crucifix⁹ ē ⁊ ego mūdo. ad Gal. vj. Diabolū i hꝭ. cū ait sanguine ꝓprio inimicū subiecisti. qđ fuit valde mirabile q̄ fragilis virgo vicit inimicū tā robustū. sz dñs omꝑs tradidit illū i manu femie ⁊ ꝓfudit Judith. xvj. Uicit etiā p suā potētiaz seuiciā tormentoꝝ q̄ violētie hoiuz ⁊ boū amiserūt ꝙtutē trahēdi. ignis ꝙtutē cōburēdi. ferrū ⁊ gladi⁹ ꝙtutē secādi. qz spūssanct⁹ tāto eaz fixit pōdere: vt milie hoies nec plura paria boū eaz trahere possent ad lupanar. etiā i igne posita ipsaz nō lesit vt dicere posset illud Eccī. lj. In medio ignis non sum estuata Percussa etiā i gutture gladio. iterfici nō potuit Ipa etiā btā lucia oñdit potētiā i miraculoꝝ opatiōe. nā ⁊ sanauit mrem ⁊ copiosū extinxit ignē. ido đ ea exponi pōt illud ꝓuerb. vlt. Manū suā misit ad fortia. Q aūt fuit tam potēs. ecce iō. qz sepe habuit angelicā ꝓsolatiōnē ⁊ ꝓfortationē q̄ eā ꝓfortauerat dicēs: Fortiti aio esto filia scz dei. dñs celi dedit tibi gaudium. Tertio aliq̄ aialia sunt ꝓpꝫ pulchꝛitudiez suā famosa. sic pāthera. đ q̄ dic̄ philolog⁹. Est aial pāther cui nō ē pulchꝛior alter. qz ꝑm ꝑli. i spe. na. maxia coloꝝ ⁊ maculaꝝ varietate decoꝛaꝫ. scz albaꝝ nigraꝝ flaueaꝝ. vt tota pellis exteri⁹ maculata videaꝫ. Isto mō etiam btā lucia fuit famosa rōne pulchꝛitudis. qz erat ornata coloꝛe albo ꝙginitatis mēt⁹ ⁊ coꝛpis. ido dixit ad pascasiū. coꝛruptoꝛes mēt⁹ ⁊ coꝛpis nūq̄ scui. Et merito pōt đ ipa exponi illđ ps. xliij. Astitit regina a dex. tu. in vesti. de au. quo ad pulchꝛitudinē coꝛpis. circūdata varietate ꝓpꝫ pulchꝛitudinē mētis. Erat etiā decoꝛata colore nigro hūilitatis. i eo q̄ sprezuit spōsū ⁊ renuz diuitias ⁊ mundi gl̄iaz ita vt dicere posset. Regnū mūdi ⁊ om. oꝛ. se. ꝓtē. Fuit etiā fulcita coloꝛe flaueo ꝓstātie. qz ꝓstās fuit vsq̄ ad mortez

Et ex illo ptz ei⁹ speciositas ⁊ ꝙtuositas seu fortitudo Et hꝭ q̄tum ad tertium ⁊ quartū.

Sermo. j. de sancto Thoma apl̄o.

Quia vidisti me Thoma credidisti. bti q̄ nō viderūt et crediderunt. Joh. xx. Ambꝝ. i exame. li. v. c. xliij. dic̄. Fenix ē vnica auis trecēt⁹ ac q̄nq̄gita viuēs ānis. sz cū finē vite sue senserit imine/re. faē sibi nidū ō thure mirra ⁊ ceteris lignis odoꝛiferis q̄b⁹ accēsis ꝑ flatum vēti ītrat et ibi moriē. denuoq̄ viuificaē. Mistice. ꝑ fenicē intelligiē. b. Tho. apl̄us. recte enī sic̄ fenix ē auis singular⁹ carēs pari. ⁊ apd̄ arabes nascit⁹ ⁊ vocaē fenix. i. singular⁹ vt di. isi. Ita. b. apl̄s tho. inē oēs apl̄os i dubitatiōe fuit singl̄ar⁹ ꝑm q̄ legitur Jo. xx. Post resurrectiōez venit ihs ad discipl̄os suos ianuis clausis ⁊ stās i medio discipuloꝝ dixit. pax vob. ⁊ cū dixisset oñdit eis lat⁹ ⁊ man⁹. videtes āt eū gauisi sūt gaudio magno valde ⁊ crediderūt. ⁊ cū hꝭ agebaē Tho. ñ erat cū eis. iō veniēte eo alij dixerūt. vidimus dñz. sz ille credere noluit. Sz hꝭ non ē factū sine cā Jō sup hec gesta dic̄ sāct⁹ Greg⁹. i omel. hodierna. Quid inq̄t frēs charissimi iter hec aiaduertit⁹ nūq̄d cāu gestū credit⁹ vt elect⁹ ille discipul⁹ tūc deesset. post āt veniēs audiret. audiēs dubitaret. dubitās palparet. palpās crederet. nec hꝭ cāu sz diuina dispositiōe factū ē. Egit nā q̄ miro mō diuina clementia vt discipul⁹ dubitās dū i mgr̄o suo vulnera palparet. i nob vulnera infidelitat⁹ sanaret. pl⁹ enī infidelitas thome ad fidē q̄ fides credētiū discipuloꝝ ꝓfuit. quia dū ille palpādo ad fidē reducit. nr̄a mēs oī dubitatiōe postposita i fide solidatur. Hec Greg⁹ Etiā sic̄ fenix sua recreatiōne naē ali docet nos credē resurrectiōez cōez mortuoꝝ. Ita. b. tho. apl̄s docet nos credere eādē sua singl̄ari dubitatione. Quis enī vt ait. b. Greg⁹. xliij. moraē. credere eā facile potuisset cū spūs carne soluit caro i putredinē vertit. putredo i puluerē redigit. ⁊ puluis i elemēta soluit. Sz hec tho. sine demōstratōe firmit⁹ demōstrat dicēdo. dñs meus ⁊ de⁹ me⁹. Dic̄. b. Greg⁹ i omel. de ascēsiōe dñi. Hin⁹ mihi maria magda. ꝑstitit q̄ citius credidit q̄ thomas q̄ diu dubitauit. Hic inquā sāct⁹ apl̄s lz fuit dubi⁹ ō resurrectiōe xp̄i. tñ i illo dubio ñ ꝑmānsit. Sz more fenic⁹ fecē sibi nidū ex thure diuinitat⁹ ⁊ mirrha humanitat⁹ q̄n dixit Joh. xx. Dñs me⁹ ⁊ de⁹ me⁹. ⁊ sic igne charitat⁹ succēsus. ⁊ ō vetustate dubietat⁹ icinerat⁹ surrexit hō nou⁹ i credēdo. ⁊ hꝭ attestaē dñs in ꝙbis assūpt⁹ qz vidisti me thoma tc̄. In q̄bus duo ꝓncipaliē describūē. Primo ortodoxe fidei ꝑmiū ⁊ ꝑfect⁹. ibi. qz vidi. me tho. Secundo sumē felicitatis mertū ⁊ affect⁹. ibi. Beati q̄ nō viderūt. De ꝑmo ē notādū. Fur ⁊ paē fami

lias hñt opatiões ꝙ trarias. Fur enī veniēs ad domū alienā. ꝛ inueniēs lumē ardēs extinguit Quia ꝺr i cōi ꝓuerbio. Fur odit lucē. ꝛ si inuenit thesaurū accipit. ꝛ hoies letos p furtuꝫ facē mestos ꝛ tristes. Sed ecōtra paterfamilias inueniēs tenebras i domo: lumē accēdit. ꝛ hospites letos facit. Sm illud sapiētis Tullij. Hospitibus letū debes ostendere vultū. Cultus enī letus dādi tibi duplicat cultū. Bistice. p furē itelligit diabolus. de q̄ Job. x. dicit dñs. Fur odit lucē ꝛ nō venit nisi vt furet mactet ꝛ pdat Ideo bñ figurat p cozuū. de q̄ dicūt naturales Q̄ cozuus ē auis dolosa res furtiue abstrahēs in locis abscōdēs abscōditis ꝛ reponēs. Et ꝑn cipaliter cupit oculos eruere. sicut videm⁹ hoc i suspēsis q̄bus ꝑmitus a cozuis oculi eruūtur. Itē dicit Aristo. in li. de aialib⁹. Q̄ cozu⁹ odit asinū. ideo volat sup ipm. ꝛ tēptat eruere oculos suos rostro suo. Ita diabol⁹ fur fuit ab initio. ꝛ multas aias deo subtraxit. q̄s i tenebras inferni posuit ꝛ abscōdit. q̄rit tñ ꝑncipalit oculos eruere. h ē lumē rōnis ꝛ fidē sine q̄ impossibile est hoiez placere deo. ad Heb. xj. Vñ legitur. j. Reg. xj. Q̄ naas voluit hāc pactū cuz viris Jabes in h q̄ quereret oiuz oc'os dextros eruere. Naas interp̄tat serpēs significans diabolū. ꝺ q̄ Geñ. iij. Serpens erat oibus callidioꝝ animātibus. q̄ vult habere pactū cuz oibus hoibus vt eruat oculos dextros. i. fidē. Recte sicut naas voluit viros reddere iabes inutiles ad bellū: qz siniſter oculus clipeo tegit. ꝛ carēs oculo dextro nō pōt videre adūsariū: ꝛ ei resistere. sic diabolus vellet oēs reddere inutiles sibi ad resistendū q̄n amitterēt fidē q̄ significat p dextrū oculū. cū q̄ tñ est sibi resistendū. Sm illud. j. Pet. v. Aduersari⁹ vester diabol⁹ tanq̄ leo rugiēs ꝛc. Et seq̄tur. Cui resistite fortes in fide. Nō aūt diabol⁹ nitit extinguere lumē intellect⁹ qđ de⁹ infundit aie Sm Aristo. iij. rethorice. ꝛ etiā fidem. ptz in ꝑmis parētib⁹. Dicunt doctores q̄ dñs dotauit adā lumine itellectus ꝛ fidei sup oēs puros hoies. vt post eū null⁹ ei silis haberet. nec etiā salomon q̄ tñ sapientissimus dicebat. vt habet. iij. Reg. xxiij. Sed h lumē intellect⁹ extinxit in eo diabol⁹: vt postea bestijs eq̄ret. Sm illud ps. xlviij. Hō cū in honore eēt nō intellexit cōparatus ē iumētis insipientib⁹. ꝛ silis fact⁹ ē illis. Siliter lumē fidei in eo extinxit sic legit Geñ. ij. q̄ dñs dixit ad ipsum. Ex oi ligno paradisi comede. de ligno aūt scie boni ꝛ mali ne comedes. qz morte morieris. Serpēs aūt diabol⁹ veniēs ad Euā dixit: Cur p̄cepit vob⁹ de⁹ ne comedētis de ligno paradisi. Rñdit mulier. de fructu lignoꝝ quē in paradiso sunt vescimur. de fructu vero ligni qđ ē in medio paradisi p̄cepit nob⁹ de⁹ ne comederemus. ne forte moriamur. Diabol⁹ dixit: Neq̄q̄ morieminī. scit enī de⁹ quocunq̄ die comederitis ex eo. apienť oculi vr̄i: ꝛ eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malū. Illis ꝝbis crediderūt ꝛ comederūt ꝛ sic fidē dei pdiderūt. Illo igit lumie fidei extincto accepit ab eis thesauros ꝑciosissimos q̄ fm Bern̄. fuerūt iusticia. miscōdia. pax. ꝛ veritas. q̄ oēs p̄cellūt thesauros hui⁹ mundi. Et q̄ abstulit ab eis thesauꝝ testat beat⁹ Aug⁹. ꝛ habeť de pe. dis. ij. Princeps oiuz vitioꝝ videns adam ex limo terre ad imaginē dei factū. pudicicia decoratū. tpantia cōpositū. charitate splē didum. p̄mos parētes illis donis ac tantis bonis expoliauit ac piter peremit. Lucrulose ꝺ dicere potuit illud Job. xix. Spoliauit me gloria mea. ꝛ abstulit cozonā de capite meo. Fecit etiā tristē post q̄ spoliauit euz his thesauris. q̄ eiect⁹ fuit de loco voluptatis. s. paradisi in locuz miserie. fm q̄ ꝺr Geñ. iij. Emisit eū dñs de paradiso voluptat⁹. s. paradisi. in locū miserie. i. in terrā: vt operaret terrā de q̄ sumpt⁹ ē. Jdeo potuit dicere illud ps. xxxvij. Miser fact⁹ sū ꝛ curuat⁹ sum vsq̄ i finē: tota die ꝙtristat⁹ ingrediebar. Ecce quō fur ille diabol⁹ in ꝑmo parēte nr̄o adam: lumē fidei ꝛ rōnis extinxit. ipsūq̄ mestū fecit Sic fuit in dilectissimo ap̄lo thoma in q̄ lumē intellect⁹ fidei q̄ extinxit. dñs enī eū dotauit lumie itellect⁹. vt cū alijs ap̄lis. xij. intelligeret deū ꝛ hoiem qñ in eoꝝ oiuz ꝑsona dixit petrus. Tu es xp̄s filij⁹ dei viui. Mat. xvj. Meruit etiā penetrare ꝑfunditatē diuinitat⁹ qñ dñs ad suā interrogationē quā fecit dicēs: Vñe nescimus q̄ vadis. ꝛ quō possum⁹ viā scire. sic respondit: Ego sum via veritas et vita. Sz q̄ hoc itellexit ꝛ credidit xp̄o. noluit credere ipo post mortē absente. Si enī post mortem xp̄m verū deū credidisset. de resurrectiōe nullo modo dubitasset. Sed estimo q̄ diabol⁹ extinxit sibi lumē intellect⁹ ꝛ fidei. vt hoc nō credēs. in incredulitate deperiret. Et hoc patz ex hoie Dicit enī thomas q̄si abyssus: qđ vno nō ꝺr ab a qđ ē sine. ꝛ byssus claritas. q̄si sine claritate. qz amisso lumine itellect⁹. tenebras itelligentie incurrit. ita vt de ipso exponi pōt illō Geñ. j. Tenebre erāt sup faciē abyssi. Vel ꝺr ab a qđ ē sine. ꝛ base. q̄si sine fundamēto. qz ipse basim fidei pdidit. ꝛ i multa fluctuatione pmāsit. Sz xp̄s verus paterfamilias. de q̄ ꝺr illud Mat. xx. Sile est regnū celoꝝ hoi patrifamilias. noluit eum mittere in tenebras dubitatiōis. teste Gregl. in omel. di. Discipulū suuz dñs postre/surrectionē suā sic dubitare deseruit. si ēañ natiuitatē suā habere mariā spōsaz voluit. que iñ ad nuptias nō ꝙuenit. Nā ita fact⁹ ē discipul⁹ dubitās ꝛ palpās testis vere resurrectiōis. sic sponsus fuit mr̄is xp̄s sue integre ꝛginitatis. hec ille. Accēdit igit fidez xp̄s in btō ap̄lo thoma qñ eū lat⁹ suū palpare ꝑmisit dicēs: Infer

digitū tuū huc. ⁊ mitte i latus meū. ⁊ noli esse incredulus ꝫ fidelis. Job. xx. Fecit eū letū cū iubilāter clamauit. Dē⁹ me⁹ et dñs me⁹. Jdeo pōt exponi illud Abac. iij. Abyssus dedit vocē suā. ℔ est thomas q̄ interp̄tat abyssus dedit vocē exultatiōis ⁊ credulitatis. Et ℔ innuit ex visione xp̄i. sicut dicit: Quia vidisti me thoma credidisti. Ꝫ diceret q̄s: Quare dicit dñs nostanter ℔. q⁊ vidisti me thoma credidisti. cū ꝑm Greg'. nō est fides vbi aliq̄d videt. Quia dicit in ome'. Fides non hz meritū vbi hūana ratio hz experimentū. Si q̄s enī in die videt rem et credit. iam potius ē cognitio q̄ fides. Quia fides ꝑm ap̄lm ad Hebr. xj. ē sperandaꝝ rez substātia. argumētū. i. firma adhesio rez nō apparentiū. Jdeo poti⁹ dixisse debuisset. q⁊ tetigisti Ad ℔ rñdet Aug⁹ i originali. Q⁊ forte thomas non tetigit xp̄i vulnera. licet offerebat se ad tāgendū: q⁊ nō fuit ausus tangere. Ꝫ opposituꝝ alli⁹ dicit. b. thomas de aq̄no. tertia pte sue sūme. Quia thomas sup visu suo etiā vulnez te tigit cicatrices. Cui alludit auctoritas eccl̄ie q̄ etiā canit. O thoma didime p xp̄m quē meruisti tāgere. Ꝫ ad ℔ cū dr q̄ vident non hñt fidē Respōdet. b. Greg⁹ i ome'. hodierna di. Thomas aliud vidit aliud credidit. vidit hoiez. credidit esse deū. Jdeo bñ dicit. Quia vidisti me tho. hoiez ⁊ credidisti me esse deū. Jdeo cōclu dit Greg⁹. Videndo q̄ ⁊ ꝓsiderādo vez hoiez hūc deū quē videre nō potuit exclamauit. ⁊ ℔ ad ꝑmū. Quātū ad scām notādū illos beatiB res q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. ostēdi pōt i grossō exemplo naturali. Radix enī herbe in terra absc̄ōdit. nec solē imediate respicit. ab eo neq̄ intuet. Sed herba q̄ ē sup terraꝝ solē imediate respicit. ⁊ tñ radix plus remunerat a natura q̄ herba. q⁊ maioris cōiter ē vtutis. naz oēm succum ⁊ vtutē quā hz herba recipit a radice. Et hāc ecōtra tpe hiemis dirigit ae radicez. Jdeo dicit. Philaret⁹ in tractatu de cres. Q⁊ radices sūt maioris efficatie i hieme q̄ in estate. Jdem dicit Galien⁹ i antidotario veteri. Sic a simili nos xp̄iani q̄ nō xp̄m in ꝓsona ꝓpria vidimus nec ei⁹ passionē. resurrectiōez. aut alia sua opa. Sed si illa firmiter credim⁹ magis remunerabimur ceteris paribꝰ q̄ ap̄li q̄ illa fieri ꝓspexerūt ⁊ p̄sentes fuerūt. Jdeo dicit Greg⁹ i ome'. Q⁊ in isto vbo nos specialiter significauit. cū dixit Beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. Qui eū carne nō videm⁹ mēte retinem⁹ si tñ fidem nr̄az p opa ꝓsequimur. Ille enī ve credit q̄ exercet operando q̄ credit. q⁊ alias fides sine opib⁹ mortua ē. Jac. ij. Sed dicēs q̄re dñs Luc. x. dixit. Beati oc̄li q̄ vident q̄ vos videtis. Et ℔ dicit: Beati q̄ nō viderūt. modo vidē ⁊ non videre ꝓtradicūt. Ad ℔ rñdet q⁹ duplex ē beatitudo. vna rei. alia spei. Prima ꝑm venerabilē Boe. li. iij. ps. ij. Est status oīm bonoꝝ aggregatione. i. cumulatiōe pfectus. ⁊ illa cōsistit p̄ncipaliter in fruitione ⁊ aspectu diuinitatis ⁊ cōiter in visione hūanitatis xp̄i motu dilectōis ad ip̄m Et hac beatitudie ex meritis ꝓprijs null⁹ pōt esse dign⁹. Quia dicit Origl. de ritu eccl̄ie. Si q̄s bona cūctoꝝ ppetrasset atq̄ totius mundi tormēta ptulisset. nōduz tñ eterna beatitudine dign⁹ eēt. nisi eam nobis xp̄i fidelissima' passio meruisset. ⁊ de hac beatitudine intelligit illud ⁹bum xp̄i. Beati oc̄li q̄ videt que vos videt. q⁊ ap̄li viderūt ei⁹ humanitatē. Et vere sūme beat⁹ erit ille hō q̄ ad hanc beatitudinē merūit puenire: vbi xp̄m nō solū in hūanitate: sz i purissima videbit deitate. ad quā puenit. b. tho. vbi sine fine dei fruit visione. Et iā non dicit illud ⁹bum futuꝝ ps. xvj. Saciabor cū apparuerit gl'ia tua. sed pteritū satiatus sum gl'ia tua. Scda beatitudo ē spei. q̄ solū habet in p̄ñ. et ista ꝓsistit in merito future beatitudinis. Et iō beatior ē ℔ mō q̄ plus meret. pl⁹ aūt meret nō videndo q̄ videndo. Et de hac p̄ñs ⁹bū intelligit. Beati q̄ nō vi. ⁊ credi. Ꝫ dicēt laic⁹. Quid ō F artic'is fidei credere debeo vt a dño beatificer Rñdet. b. Tho. scda scde. q. ij. ar. vj. Laici tenēt scire p̄ncipaliter septē articulos fidei. ꝓmus ē q̄ xp̄s nat⁹ ē ex maria ⁹gine. Scds ē q̄ baptizat⁹ ē a Johe i iordane. Tertiꝰ ē q̄ passus ē i cruce. Quartꝰ ē q̄ descēdit ad inferna. Quintus q̄ resurrexit a mortuis. Sextꝰ q̄ ascēdit in celos. Septimꝰ q̄ nouissimo die venturꝰ est iudicare viuos ⁊ mortuos. Hos articulos tenentur scire oēs xp̄iani. s. implicite ꝑm noiationez Sacerdotes vero tenēt eos scire explicite quō natus ⁊c. ⁊ ℔ debēt laicis explicare. Recte sic ait Dionysi⁹ in celesti hierarchia. supiores angeli soluūt infimis dei voluntatez. ⁊ illi vlteri⁹ hoibus solent reuelare. sic supiores vt sacerdotes debent clare infimis intimare.

Sermo secundus. De eodem.

PRobasti me et cognouisti me. tu cognouisti sessionē meam. ps. cxxxviij. Scām naturales res q̄ debet bene cognosci. tāgi debet. audiri ⁊ videri. hoc A ptz i peritis medicis q̄ volūt discernere inf pas sionem. ꝓmo volunt videre vultum ⁊ colorem q⁊ si color est glaucus ⁊ facies indisposita. iudicant in stomacho materiā peccantē. Si autē albus rubedine pmixtus. eliciunt sanitatē. Deinde volunt infirmū audire loquentē. q⁊ si habet vocem cōtinue raucam. tēdit ad lepraē. Vltimo etiā tactum adhibēt palpantes pulsū. q⁊ si fuerit fortis. scit medicus euenire ex forti calore ⁊ vtute. Si tardus. scit cōtingere ex defectu vtutis ⁊ minoratione caloris. Si autez est medius. iudicat sanguinē laudabilē atq̄ bonū

vt Constanti⁹ li. vij. c. iij. dicit. Q autē ad pfectam rerū cognitionē hec tria requirunt. habemus figuram Gen. xxvij. vbi legit q ysaac volens pfectam noticiam habere de iacob q esset ꝑmogenitus vt asseruit. voluit tactu probare. Ideo dixit: Accede huc fili mi vt tangam te et ꝓbem vtrum tu sis esau filius me⁹ an non. ⁊ qz ipe pellibus hedoꝝ manus ⁊ collū circūdederat. non cognouit euz. quia pilose man⁹ similitudinem esau expresserāt. videś autez q de eo plenam certitudinē non haberet. adhibuit auditum ⁊ quesiuit ab eo. Quis es fili mi? Tu es filius meus esau? Et ille inquit. ego sum. Cui pater: Vox quidez iacob. sed manus sunt esau. Moraliter. beat⁹ thomas futur⁹ erat medic⁹ anime. ita vt cōuenienter sibi competit illud Eccl. xxxviij. Honora medicū ꝓpter necessitatem. etenī illum creauit altissim⁹. Ipe autē volens pfectam noticiā habere de xpo tāq̄ perfectus medicus ipm tāgere ⁊ audire ⁊ videre voluit. sic ꝓz in hist oria Job. xx. qz viderat ipm infirmū ante passionē. Vnde illud. Vidim⁹ eū nō habentē speciē virum dolorū ⁊ scientē infirmitates. ideo non credidit nisi qñ ꝓbauit. et hoc testat dñs in verbis ꝓassumpt. Probasti me ⁊ cognouisti me ⁊c. In quibus tria tangūtur. Primo habuit solicitudinē in inq̄rendo. ibi. probasti me. Scdo habuit certitudinē in adherendo. ibi. cognouisti me. Tertio habuit ꝓmptitudinem in discernendo. ibi. tu cognouisti. Primo est notandū q homo volēs transire p fluuium de vno portu ad aliū. si nō videt fundū. cō sueuit esse solicitus de scienda fluuij ꝓfunditate ne sibi periculū imineat submersiōis. Quia dicit catho. Qđ flumen ē placiduz forsitā latet altior vnda. Ideo legit Ezech. xlvij. Q angelus mēsurauit aquā funiculo quā debebat trās ire ezechiel que ꝑmo attingebat vsq̄ ad talos. inde vsq̄ ad genua postea vsq̄ ad renes. ⁊ tādem aqua intumuit q ptrāsire nō potuit. Jdo valde incautū est transire aquas nisi solicite de eius piculo inquiratur. Legitur enī in hist oria
Mystice ꝙ tēpus veris intelligit gratia⁊ tempus. in quo misit deus filiū suum factū ex muliere. vt dicit aplūs ad Gal. iiij. Hz ꝙ violas hi sancti martyres designātur innocentes ꝓpter certas causas. Primo ideo. Recte enī sic̄ violę sunt p̄mi flores anni ita ipi fuerūt p̄mi flores nascētis ecclesie. Et ab ipis p̄mus fructꝰ maturus ꝓcessit. Sicut p̄dixerat Esa. xvij. Mane semē tuum florebit. vbi dic̄ glo. Mane quidē in eis semen florvit. quia adhuc in puericia diuina gratia i eis germinauit. Ad vidēdū hos flores xp̄s sponsus ecclesie p̄monet spōsaz suā ecclīaz dicēs Cañ. ij. Surge ꝑpera amica mea ⁊ veni. Jam enī hiems transijt imber abijt ⁊ recessit flores apparuerūt in terra nostra. Iterū B ait: Capite vobis vulpes inquit puulas q̄ demoliunt vineas. Nā vinea nostra florvit. Vinea significat ecclesiā vel cōgregationē fideliū ꝑm illud Esa. v. Tunc florebāt vinee quando martyres innocētes ꝓduxit. Sed ꝑli. in spe. natu. dicit Odor florentis vinee omni veneno so cōtrariat. idco ipa florente fugiūt colubri ⁊ buffones. quia eius frāgrantiā non possunt sustinere. Ita in sil̄i cuz ecclesia sancta in his sanctis martyrib⁹ innocētibus florvit. coluber infernalis fugat⁹ fuit. Jam enī ipis ꝓ nobis itercedentib⁹. a demonib⁹ ꝓtegimur vim nobis inferre volētibus. Hz ꝙ vulpem intelligit herodes. de quo dicit Luc̄. xiij. Ite et dicite vulpi illi. Etiam herodes intelligitur pellib⁹ gloriās Recte enī sicut vulpis i pellib⁹ suis gloriatur. ⁊ vulpes puula nō a malicia q̄ multā habet sz a sensu. de quo dicit Eccī. xxv. Tres species odiuit anima mea. Et enumerant pauperē superbū. diuitē mendacē. ⁊ senē fatuū ⁊ insensa/tum. Qualis fuit herodes fatu⁹ in sensu. Contra q̄ dicit aplūs. j. Cor̄. xiij. Fratres nolite pueri effici sensib⁹. sed malicia puuli estote. sensibus autē ꝑfecti estote. Jsta vulpis ⁊ callida vineam sanctā eccleſiam in suis florib⁹ fuit demolita. quādo hos martyres innocētes ꝙ mortem extinxit ⁊ euulsit. Et licz isti sanctissimi flores ꝑ ipsam sint demoliti. non tamē suo odore sunt ꝓuati. Sed sicut flos euulsus q̄tomagis cōteritur. tanto maiorē spirat odorē. Sic ⁊ isti paruuli quāto magis fuerūt martyrio crudelitatis attriti. tāto maiorē odorē suī martyrij domino reddiderunt. ꝑm illud Cañ. ij. Vinee florentes odorem dederunt. Hinc est q̄ etiam ꝓima petit ornari floribus martyrū paruuloz. ⁊ postea floribus martyrū singuloz. vt ex talib⁹ floribus ⁊ fructibus animati fideles i dei amore amplius accēdant. Jdeo dicit Cañ. ij. Fulcite me floribus. stipate me malis. quia amore langueo. Sc̄do viole sunt frigide nature. Jō ꝑm Petrū de crescē. in li. vj. valent contra doE lorem capitis ex calida causa factuz. si tempora ex eius oleo ⁊ frōs dolētis liniant. quia habent virtutem refri gerandi. Valent etiam febri tertiane ⁊ contra distemperātiā epatis ex calore. Valēt etiaz contrite ⁊ sup calidū apostema posite. quia calorē solent mitigare. Hec omnia Petr⁹ li. vj. Jta nostre viole redolētes frigide fuerūt ab omni carnali caloze ⁊ amore. ꝑm qō habet de ipis Apoc̄. xiij. Cum mulierib⁹ non sunt coinquinati. Virgines enī sunt. Jdeo valent seu auxiliū ꝓstant nobis cōtra capitalia peccata. Et ꝑmo cōtra luxuriam que ex caloze F ꝓcedit. quā repellunt a nobis ꝙ mundissimam vitam. quasi dicerēt cuz glo. Hiero. Fugite luxuriam. nam sicut virginitas hominis in carne pura amica est angelis. imo plus valet angelis Jta luxuria hominē bestificat. ⁊ facit mīto peiorē bestia. Luxuria corpus debilitat. ⁊ quasi semp illud morti destinat. famā denigrat. mar subia euacuat. furta istruit. homicidia causat. memoriā ebetat. cor aufert. oc̄los vtriusq̄ hominis excecat. ⁊ p̄ ceteris iram ꝓuocat. Secū do p̄stant nobis remediū contra estū febris. Hō est auaricie. qz ipsi tanq̄ paruuli nihil terrene cōcupierunt. quare dicūtur innocentes. qz nulli ꝑ fraudem auaricie nocuerūt Et quid aliud in hoc fecerūt. nisi q̄ in nobis auaricią sanauerunt. quasi dicerent cum Salustio in iugurtino. Dimitte auaricią que est inimica charitat⁊ omnisq̄ virtutis emula ⁊ salutis. que regna dissipat. gentes ꝓturbat. corrumpit mores aufert pariter ⁊ honores. Tertio iste viole nobilissi/me nobis cōferunt remedium. cōtra tumorem G apostematis. scz supbie. in hoc q̄ fuerunt paruuli supbią ignorantes. quasi dicerent ad nos illō Matth̄. xviij. Nisi cōuersi fueritis ab ambitione vestra. ⁊ efficiamini sicut puuli. non intrabitis in regnū dei. Quia supbia clarissimuz angelum de celo ꝓiecit ad infernum. Esa. xiij Adam ꝓthoplastū de paradiso expulit i hunc mundū. Gen̄. iij. Supbia abiecit saul ō regno j. Reg⁊. xv. cui dictum fuit. Nōne cuz puulus esses in oculis tuis caput in tribubus israel factus es? Supbia regem nabuchodonosor ō regno eiecit ⁊ in bestią mutauit. Dan̄. iiij. Quar to viole in magna multitudine simul oriūt. nā H raro inuenit vna sola vel pauce simul. Jta hi sancti martyres innocētes multi sūt i numero ita vt a nobis numer⁹ eorū ignorat. ⁊ lz a nob non sciat. eccl̄ia tñ eos sub magno honore honorat cū canit. Cētū q̄draginta q̄ttuor milia q̄ empti sunt de terra. ⁊ sumpsit hunc numerū ō Apoc̄. xiij. vbi dicit. Audiui vocem citharedoz citharisantiū in citharis suis ⁊ cātabāt cāticū nouū ante sedē dei. ⁊ nemo poterat dicere cāticū nisi illa centuz q̄draginta q̄ttuor milia q̄ empti sunt sanguie xp̄i de terra. Et qz illa btā puerorū societas ē tam innumerosa. igit maiori

Sermo

veneratione est digna. Si enī miles vn⁹ alicu/ius regis honorādus est. multo fortiꝰ militum multitudo ⁊ maxime qñ familiares essent ⁊ se cretarij regis ⁊ induti essent vestibꝰ ⁊ armis regis ⁊ essent de cognatione regis. Tales sūt isti martyres innocētes. quia sunt familiares ⁊ secretarij regi celestis xp̄i. De ip̄is dicit Apoc. xiiij. Hi sunt qui sequunt agnū quocūq; ierit. q. d. Ip̄i in oibꝰ secretis dei sunt. ip̄i induti vestibus xp̄i. ſm illud Apoc. iij. Hi sunt qui non coinq̄nauerunt vestimenta sua ⁊ ambulāt mecum in albis. quia digni sunt. Ip̄i etiā sunt de cognatione xp̄i ⁊ eiusdē patrie. quia fuerūt de bethleē iuda Matth. ij. vbi legit. Herodes occidit oēs pueros qui erant in bethleē iude. Et xp̄s de tribu iuda in bethleē ē natus. ſm illud vaticiniū Mich. v. Et tu bethleē terra iuda ⁊c. quia hoies vnius patrie solēt se plꝰ diligere. ideo xp̄s dilexit eos plꝰ alijs ⁊ exaudit eos orantes p̄ nobis. Tum q; sunt secum eiusdem gentis. tum q; sunt in numero multi. Si enī p̄ces vnius sancti defacili audit. multo magis multoꝝ innocentū. ⁊ hoc quo ad p̄muꝝ

I Tum ad scōm subiungit̄ pueroꝝ innocētuꝝ adherentia. cū ꝺr adheserūt mihi. Circa quod sciendū q; dñi terrestres si sunt boni ⁊ deo devoti. habent circa se bonos famulos ⁊ morigeratos. ⁊ sic ex bonitate serui noscit̄ bonitas sui dñi. nec etiā boni ⁊ innocentes serui vellēt adherere malis dñis. Quia ſm Aris. in iconomicis. Dissimilitudines morū raro sunt amande Mystice. Deus fuit bonus ⁊ est in euū. ſm illud ps. cxviij. Bonus es tu. ⁊ in bonitate tua doce me. q; nemo bonꝰ scz essentialiter. nisi solus deꝰ. Mat. xix. Ideo voluit habere mini/stros imaculatos. sicut testat̄ ps. c. Ambulās in via imaculata hic mihi ministrabit. Et seq̄t. Nō habitabit i medio domꝰ mee q̄ facit superbiam qui loquit̄ iniq̄tatez nō dixerit in ꝓspectu oculoꝝ meoꝝ. Idcirco ipe vt ait Piero. ad eustochium. statim qñ ingressus est in mūdū. nouam sibi familiaz instituit. Et specialiter istos bonos pueros sibi voluit sociari. Et rō huiꝰ ē duplex. Prima q; dicit Eccī. xiij. Omne animal diligit sibi simile. ⁊ omis hō primum sibi. Et q; filius ip̄e dei dignatus ē esse puer ⁊ virgo de pura virgine. ideo cōgruū fuit vt sibi puros virgines associaret. de quibꝰ ꝺr Apoc. xiiij. Virgines enī sunt ⁊ sequūt̄ agnum quocūq; ierit. Necmirū si pueri virgines puerū virginē sequūt̄ quia solet naturalis cōuenientie facere similitudo vt res rem sibi sociat similē. ⁊ abhorret dissimilem. vt ꝺr. viij. Ethi. Simile diligit sibi simile Idē etiā. ix. Ethi. Similis amico est similis amicus. Secūda causa est. q; filius dei venit ad reparādā innocentiā in p̄mis parentibꝰ p̄ditam. ⁊ p consequens in nobis. ideo cōgruū fuit vt sibi milites innocētes associaret. Circa qꝺ vlteriꝰ notā dum. innocētia ſm doctores dicit recessū a peccato ⁊ accessum ad bonū. ⁊ h̄ tangit̄ Job. j. cū dic̄ dñs ad demonē. Nūquid cōsiderasti puū meum Job? In eo q; dicit seruū meū: tāgit accessum ad summū bonū. Sed in illo q; dicit: et recedēs a malo. tāgit recessum a peccato. Et ille status ꝺr innocentie in quo p̄mi parētes sine peccato erāt ⁊ sine peccato viuere poterāt. Cuius innocētie causa hō dominiū habuit in cetaris creaturis. Gen. j. Dominamini piscibꝰ maris ⁊ volatilibus celi. ⁊ vniuersis animātibus q̄ sunt sup terraz. Et similiter ps. viij. Omnia subiecisti sub pedibꝰ eius oues ⁊ boues. s. i statu innocētie. Sed homo cū in honore esset nō intellexit. sed insaniuit ⁊ rebellauit. ideo p̄didit innocentiā ⁊ p̄iectus est tanq̄ malefactori humi mūdi miseriā. O q̄z infelix mutatio cui pri us subijciebāt vniuerse creature. nūc ei quasi omnia resistūt. Et accidit ideo. q; p̄mi parētes per pctm̄ p̄diderunt dominiū. Sed h̄ xp̄s suo sanguine reparauit. ſm illud. j. Pe. j. Nō corruptibilibus auro aut argento empti estis. sed pcioso sanguine agni imaculati. Si ergo volumus seruare innocentiā quā xp̄s nobis repauit videam⁹ qualiter p̄mi parētes eam p̄diderunt vt p ꝺtrariū ꝑpendam⁹ q̄liter nobis a fuāda est. Quia ſm Aris. ij. Ethi. Medicine fiunt p cōtraria. Interroga ergo parentē tuū ⁊ maiores tuos ⁊ inuenies eos innocentiā ſpecialiter p tria p̄didisse Primo p negligentiā sensuū exteriorū quoꝝ diligētē custodiā habeam⁹ si innocentiā seruare desideram⁹. Et p̄mo visū vt nihil videre velim⁹ qꝺ non licite appetere possumus. Quia legit̄ Gen. iij. Q; eua incaute pomū inspexit. q; vidit q; esset bonū lignū ad vescendū ⁊ pulchrum oculis aspectuq; delectabile. tulit de fructu illius ⁊ comedit ⁊ innocētiaz perdidit. ⁊ dominiū qꝺ sup creaturas accepit. Vnde legit ꝺ Gina q̄ volēs inspicere mulieres regionis illius exiuit de domo patris ⁊ cozruppta fuit p sichē. Gen. xxxiiij. Sic etiaz legitur de dauid. ij. Reg. xj. q; videns bersabee p centum passus cōcupiuit eam ⁊ adulteriū ꝑpetrauit. Ideo dicit beatꝰ Greg⁹. Pensandū ē quātū debemus visum restringere si inter viuētiū oculos p̄uenit. Non licet intueri qꝺ nō licet cōcupiscere. Si vis ergo seruare innocentiā oculos custodi. nisi q; videant illꝺ qꝺ sit ad salutē tuā. sicut fecit dauid ps. c. qui ait. Nō ꝓponebam añ oculos meos rem iniustā. Et Job. xxxj Pepegi fedus cū oculis meis ne cogitarē q̄dē de virgine. De negligētia ptz sic. Nā ita ē de nobis sicut de vno castro a fortibꝰ aduersarijs et subtilibꝰ sagittarijs obsesso. in q̄ licet fenestre vtiles sint ad aliq̄d. piculose tm̄ sunt: nisi bn̄ custodiant. q; p eas frequēter intrāt sagitte igni-

te ḡb⁹ totum castrū dissipaꝫ. Sic oculi sunt tā ḡ fenestre corpis nr̄i vndiq; ⁊ cōtinue obsesse ab hostib⁹ scz demonib⁹ nisi solicite custodiāt ne intrent spēs pticulose. tēptatiōes venenose. ḡb⁹ destruiꝫ totū regimē aie. Aperi ergo fenestras. vt videas qō ē mortifer. ꝑm illō qō dic hiero. ad Eusto. Habeto apertas fenestras. De ḡb⁹ dr̄ hiere. ix. Mors ītrauit p fenestras nr̄as. nec blandiaꝫ sibi aliq̄s dicēs: Ego sū armatus virtutib⁹ nec timeo sagittas hostis. Ex emplū recipe d hoie armato de q̄ nō remanet i armatū nisi oculi. ⁊ tm̄ sepe a subtili sagittario vulneraꝫ ⁊ necaꝫ. Sic armat⁹ fuit dauid. de q̄ dicit .j. Regū .xx. Inueni hoiez ꝑm cor meum. Nūq̄d tu meli⁹ es armat⁹ dauid: certe non. ergo valde custodiēdi sūt oculi. Quia refert ens doctus i gestis phor̄ q̄ plurimi sibi oc̄los erue rūt vt vite puritatē sibi ꝓseruarēt. Ideo etiam dn̄s Mat. xviij. dic. Si ocul⁹ tu⁹ scādalizat te erue eū ⁊ pice abste. i. custodi eu; seu aufer ne videat vanitatē. ꝑm ps. cxviij. Secōdo custodi gustum. Nā gule vitiū ē detestāduz naꝫ a suadet. ratio dictat. scriptura docet. q; inē oia aia lia magna nulli dedit natura tā puū gustū ꝑm corpis quātitatē sic hoi. ⁊ h factū ē ad recordationē tēperātie ⁊ detestationē gule Scriptura docet Unde. xxj. Cauete ne grauent corpa vr̄a in crapula ⁊ ebrietate. Rō h dictat. Corp⁹ eni nostrū ē valde rudis ḡditionis sic rustic⁹ q̄ nescit vti delicijs. Nā si semel fuerit in hebdomada in cōuiuio. inebriaꝫ infatuaꝫ. ⁊ rebellat. sic etiā de corpore. Ideo dic sapiēs Prou. xxix. Qui delicate nutrit carnē. i. corp⁹ suū qō debuerat rōni subiugare tā ḡ dño suo. postea senti/ et eam cōtumacē ⁊ indomabilē ⁊ lasciuaz. Unde Amb. in quodā sermone. Ebrius cū absorbet vinū. absorbetur a vino. abominabiꝫ a deo. despicit ab angelis. deridet ab hostibus. destituitur a ꝓtutibus. cōfundit a demonib⁹. cōculcatur ab hostibus. Ebrius ꝓfundit naturā. amittit gr̄am. pdit gl̄iam. ⁊ incurrit dānationē eternam. ergo refrena gulā. si vis seruare innocentiam. Hiē. iij. Tertio si vis seruare innocētiā. serua sensum tact⁹. Parētes nostri fructum vi derūt tetigerūt ⁊ gustauerūt. ⁊ sic eā pdiderūt de monte dn̄i ceciderūt. ergo innocēter viue et reascendas. Ideo de⁹ volēs nos attētos redde re dicit p ps. xxiij. Quis ascēdit i mōtem dn̄i. Subdit. Innocēs manib⁹ ⁊ mundo corde ⁊c. Ex h dicto ptz q; mūdicia cordis ⁊ innocentia faciūt hominē reascēdere in mōtem celestis habitationis. Secūdo pdiderūt parentes nostri innocentiā ꝓpter pticulose societatis cōsortiū. Eua eni habuit consortiū cum serpente qui dixit ad eam. Quare p̄cepit vobis deus ne comederet de ligno vetito. Rn̄dit illa. ne forte moriamur. Hiē. iij. Ex illo colloquio prauo ceci/ dit a statu innocētie. ⁊ virum suum cadere fec̄. Ideo adam dixit ad dn̄m. Mulier quā dedisti mihi sociam dedit mihi ⁊ comedi. Et eua inquit: Serpens decepit me. Acce per prauū socium lucratus ē homo p̄mus caput egrū. ⁊ sic ambo innocentiā pdiderūt. Fuge ergo maluz cōsortium ⁊ cōsiliū peruersoz̄. Quia dicit ps. xvij. Cum sancto sanctus eris ⁊ cum puerso p uerteris. Adā ⁊ eua si cōtempsissent serpentis ꝓsiliū. nō amisissent innocentie dominiū. Jōo non acquiescas alioz malo cōsilio. Quia dicit Bern̄. Uocat te d ꝓtemptu mūdi magni ꝓsilij angel⁹. op⁹ ē vt alioz ꝓsilia abstuleris. q̄s eni fidelioz. q̄s eni sapiētioz ē illo. q̄ sapiētia dei potitur. In q̄ ꝑm apostolū ad Col. ij. sūt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie dei abscōditi. Ipse eni est via veritas ⁊ vita Joh. xiiij. Via vt ait Aug⁹ per quā imus. vitas qua dirigimur. vita ad quā pgimus. Tertio pdiderūt innocentiā ꝓpter p̄uaricationē mādatoz̄ celestium. q; pl⁹ obedierunt serpenti q̄ deo. q̄ inhibuit eis dicens. De ligno scientie boni et mali ne comedetis. Hiē. iij. Si vis ergo seruare innocentiam. ad vitam q̄ ingredi. serua mandata dei. Matth. xix.

De circūcisione domini ꝑmo primus.

IN̄fans octo dierum circūcidetur in vobis. Hiē. xvij. Est eni cōmune puerbiū. Ulula cū lupis cum quib⁹ esse cupis. Hoc puerbiū tm̄ innuit q̄ q̄libet hō debet se his ꝓformare cū q̄bus viuit. Quia dicit canon. xlj. di. c. Quisq; reb⁹ p̄tere untibus strict⁹ vtiq; q̄ sese habeāt moz̄es eoz̄ cum q̄bus viuit. aut intēpans est. aut supstic⁹ osus. glo. i. inanis gl̄ie cupidus. Idcirco legiꝫ in libz̄is triū regū. xlj. c. Q olim i oriēte fuerūt hoies q̄ hanc doctrinā ⁊ puerbiū impleuerūt quocunq; venerūt. semp se hoibus conformauerunt. Si flebant ⁊ ipi fleuerūt. si ridebant et ipi riserunt. Cū etiam ad terras xp̄ianoz̄ veniebāt cum illis cōmunicabant eucharistie sacramētū. ⁊ paruulos suos more illoz̄ baptizabant. ⁊ cum eis se p̄miserunt sepelire. Cū aut̄ venissent ad iudeos ꝑm circūcisionem illoz̄ circūcidebātur ⁊ alia legalia faciebant. ⁊ cerimonias illoz̄ seruabant. Mystice. dei fili⁹ veniens in hunc munduz volens se per omnia his incolis cōformari. Et quia hic fuit cōsuetudo plorandi cum eis plorauit Jaſ. vij. Pro mam vocem oīb⁹ similē emisi plorans. Voluit etiā cū eis circūcidi. ⁊ cū eis vlulare i effusione p̄cios̄issimi sanguinis. cum tamē peccatū originale minime contraxit. p̄o quib⁹ delendis circumcisio fieret. vt dicit mgr̄. iiij. sentētiaz. dis. j. Ideo mirat. b. Bern̄. in hui⁹ festi ꝑmone di. O bone iesu ad q̄d tibi circūcisio vtilis fuit q̄

pctm̃ non feciſti nec ꝓtraxeras. q̃ non feceras
ipa etas manifeſtauit. q̃ non cõtraxeras ꝓbat
patris eternitas. ⁊ matris integritas. Eſt eni
pater ab eterno. ſcz deus in quem peccatuz nõ
cadit. Eſt ⁊ mater in tẽpore. ſed virgo cui fecũ
ditas ſic accidit q̃ flos virginitatis nõ cecidit
hec Berñ. Idẽ etiaz chriſtus in noua lege chri
ſtianoꝝ voluit baptiſari a Johãne in iordane
Mat. iij Uẽit ihs a galilea i iordanẽ ad iohez
vt baptizaret ab eo. Q̃ autem circũciſus a iu
deis eſt. ptz in verbis p̃aſſumptis. que ante lõ
ga tẽpora Moyſes p̃dixerat de chriſto infan
tulo dicens: Infans octo dierũ exiſtens circũ
cidet. In quibus p̃ncipaliter duo deſcribunt
Primo enim deſcribit circũciſionis aptitudo
ibi. infans octo dierũ. Secũdo eiuſdẽ circũciſi
onis neceſſitas. ibi. circũcidet ex vobis. Be p̃
mo eſt notandum Refert ꝑli. in ſpe. natu. Q̃
aquila pullos adhuc tenellos ⁊ molles intãtũ
diligit q̃ nullo modo hos vulnerari permittit
Si autẽ fortitudinẽ ipius cõtempſerint per ſe
ipſam roſtro illos ⁊ alis vulnerat. Spũaliť. p
aquilam intelligiť pater celeſtis. Recte eni ſic̃
aquila inter omnes alias volucres eſt regina.
ita pater celeſtis eſt rex magnus ſup oẽs deos
Nam ẽ ille in cuius femore ſcriptum ẽ Apoc.
xix. Rex regum ⁊ dñs dominantiũ Etiã ſicut
aquila iter omnes volucres ẽ maxime liberaľ
ſic ⁊ ipe Eſt eni vt ait ps̃. cxlvj. qui dat iumẽtꝭ
eſcam ipozum. ⁊ puliis cozuozũ inuocantibus
eum Iſte liberaliſſimus aquila adeo diligit ſu
os filios creatione. pueros iudeozuz. q̃ noluit
eos ꝓmittere vulnerari. cum adhuc eſſent tene
ri. hoc eſt ante octauũ diem circũcidi. qz vix ſi
ne piculo ſuſtinere potuiſſent Quia dicit rabi
moyſes maximus phus ⁊ theologus. Licz iu
deus puer in ſeptem diebus tante adhuc tene
ritudinis ẽ. c̃ẽte eſt adhuc i vtero mr̃is exiſtẽs
ita nunc minꝰ aptus eſſet circumcidendus. In
octauo autẽ die magis fortificať ⁊ ſolidatur ⁊
aptior fit tunc infans ad ſuſcipiendã penã circ
cũciſionis. Ideo noluit dñs ante octauũ diem
infantes circũcidi. ne ob nimiã tenerituđinẽ ni
miũ lederẽtur. hec ille. Ita etiam filiũ ſuũ vni/
genitũ celeſtis pater quẽ ab eterno dilexit. no
luit adhuc tenellũ vulnerari circũciſione. ſz vſ
q̃ ad octauũ diem expectauit. Sed quia tales
infantes nõ poterant exire p ſe ꝺ nido originа
lis peccati. ideo pmiſit p circũciſionem vulne
rari ſaltem pueros iudeoꝝ. vt ſic tali vulnera
tione originale peccatũ deleret. ſed quia ſm p̃
fatum doctorẽ in circũciſione maximus dolor
fit. voluit eos dñs circũcidi dũ adhuc paruaz
imaginationẽ haberẽt. vt minorẽ ibi dolorem
ſentirẽt. Ita etiã ꝺ chriſto. quia poſtea debuit
maximũ dolorẽ in cruce ſuſtinere. Attñ bñ po
potuiſſet xp̃s dicere ad patrem illud ps̃. xvj.
Propter verba labioꝝ tuozũ ego cuſtodiui vi
as duras. Sed diceres. Quare xp̃s voluit cir
cũcidi cum tñ nõ indiguit. qz peccatũ non fecit
nec cõtraxit. Ad hoc dicunt doctores q̃ multi
plici rõne hoc fecit. Primo ꝓpter hereticę pra
uitatis cõfutationẽ. Quia ſm ſan. Tho. i ſcõa
ſcõe, ſue ſumme. varij erãt errores de incarnati
one futuri quos xp̃s bene p̃ſciuit. Manicheꝰ
eni hereticus dixit eum corpus aſſumpſiſſe fã
taſticũ ſumens occaſionẽ ſui erroris ex verbis
apli ad Philip. ij. vbi dicit. Semetip̃m exinani
uit formã ſerui accipiens in ſimilitudinẽ homi
nũ factus. Sed in hoc hereticꝰ ille pfidus fal/
ſum dixit. qz apls intellexit dictũ ſuũ q̃ xp̃s fa
ctus eſt in ſilitudinem hoiuz q̃tum ad naturã
paſſibilẽ. qz oẽs paſſibilitates aſſumpſit. teſte
Dama. dicẽte. Dia q̃ in nr̃a plantauit natura
dei filius aſſumpſit. Ideo dicit magiſter ſentẽ
tiarũ. Nõ ſunt audiẽdi q̃ dicũt xp̃m nõ veram
carnẽ. ſz falſam imaginẽ aſſumpſiſſe. cum caro
fantaſtica nõ valeat vulnerari. Sed caro xp̃i
circũciſa ⁊ leſa vera caro ꝓbatur fuiſſe in ſan
guinis offuſione. nec carnem groſſam ⁊ oſſa hz
corpus fantaſticũ. ſm illud Luc. vlt. Palpa
te ⁊ videte. qz ſpũs carnẽ ⁊ oſſa nõ habet. ſicut
me videtis hr̃e. Ad idez dicit Berñ. in ſm one
Circũciſio vere humanitatis ſignũ ẽ. Alij aũt
vt appollinar. ⁊ ſui ſequaces dixerũt ip̃m car
nem celeſtem ſm corpus diuinitati ꝓſubſtãtia
lem aſſumpſiſſe ſumẽtes errorem ſuũ ex illo di
cto apli qõ ſcribit. j. Cor. xv. Primꝰ homo de
terra terrenus. Sed ſecũdus hõ celeſtis ꝺ celo
Sed cõtra hoc dicit Ariſ. in li. de celo. Q̃ natu
ra celeſtis incorruptibilis eſt. corpus autẽ xp̃i
mortuũ fuit. ideo ptz q̃ celeſte nõ fuit. Joõ di
cunt Augꝰ ⁊ Hilariꝰ. celeſtẽ dico xp̃m. qz non
ex humano cõceptus eſt ſemine. Iſtũ errorem
etiã tenuit Valẽtinꝰ. Idcirco ad remouẽdos
illos errores futuros. xp̃s voluit circũcidi. De
cũdo fecit ꝺ ꝓpter legis impletionẽ vt ſatiſfa/
ceret iudeis ⁊ etiã inexcuſabiles eſſent. Si eni
circũciſus nõ fuiſſet. tũc potuiſſent ſe iudei ex
cuſare ⁊ dicere. Ideo te nõ recipimus. quia es
diſſimilis patribꝰ noſtris. Cõtra hoc ipe dixit
Matth. v. Nõ veni ſoluere legem. ſz adimple
re. Et apls ad Gal. iiij. Miſit deꝰ inq̃t filium
ſuũ factũ ex muliere factũ ſub lege: vt eos q̃ ſꝺ
lege erant redimeret Tertio ꝓpter demonum
euaſiones. Refert eni Jſi. li. xij. Q̃ caſtoz cum
ſenſerit venatorem. ipe ſe caſtrat ⁊ morſibꝰ vi
rilia amputat. vt eo melius venatorẽ euadat.
Ideo xp̃s ſe fecit circũcidi vt venatoz inferna
lis myſteriũ incarnationis nõ ꝓciperet. Quia
igitur circũciſio fiebat ꝓtra originale pctm̃. cre
didit diabolꝰ xp̃m q̃ circũcidebat eſſe ſilẽ pec
catorẽ q̃ circũciſiõis remedio indigeret. Quar
to circũciſus fuit ꝓpter maiorem mitigationẽ

Refert enī ysi. in spe. natu. Bos castrat⁹ magis mitigat in corpe ⁊ in cornibus augmētum magis recipit. in robore magis ꝓficit ⁊ ꝯtute ⁊ efficit domit⁹ quiet⁹ ⁊ patiēs laboris. Et illa castratio debet fieri i iuuētute ante triēniū. qz castratio post tps illud ē nimis seua. Sic xps post circūcisionē fact⁹ est adeo mitis ⁊ pūs vt iam dicat ꝙ amandū in horalogio sapiētie li. j. c. iij. Ego sū frater tu⁹. sponsus tuus paratus misereri ⁊ tegere peccata tua. ⁊ ꝓicere ea i ꝓfundum maris. ⁊ sic remittere q̄si nūq̄ fuissent Ideo etiā dicit dns Mat. xj. Discite a me qz mitis sum ⁊ humilis corde. Etiā magis ꝓficit in augmēto gr̄a. sicut dr Luc. ij. Jesus autez ꝓficiebat sapia ⁊ gr̄a aput deū ⁊ homies. Ipe etiaz factus ē patientior. ad oēm laborē ꝓ nob sustinendū. ꝟm illud ad Phil. ij. Ut factus est ꝓ nobis obediens vsq; ad mortē. mortē autez crucis. Quinto circūcidi voluit ꝓpter nostrā saluationē. videm⁹ enī q medici cauteriāt vnū membrū vt totū corpus saluet. Sic xps q̄ fuit medicus male habentib⁹. Matth. ix. voluit portare cauteriū circūcisionis vt sic totuz corpus mysticū saluaret. Ideo dic apl's ad Col. ij. Circūcisi estis circūcisioue non manu facta i expoliatione carnis. sed circūcisione xpi. Sed diceres. q̄re circūcisus est xps octauo die. Ratio hui⁹ pōt patere ex ꝓdictis. qz tale tēp⁹ fuit aptissimū circūcisioni. Dicūt tn doctores q̄ fiebat vt daret intelligi vt in octaua resurrectionis ab oi peccato ⁊ miseria boni circūciderēt Scdm hūc intellectū hic ꝓ octo dies designāt octo etates. Quaz ꝓma fuit ab adam vsq; ad noe Secūda a noe vsq; ad abraam. Tertia ab abraam vsq; ad moysen. Quarta a moyse vsq; ad duid. Quinta a dauid vsq; ad christum Sexta a xpo vsq; ad finem mūdi. Septia erit morientiū Octaua resurgentiū in q̄ tunc ab oi miseria ꝓscindemur. qz tūc absterget de⁹ omnē lachrymam ab oculis sanctoz. Apoc. xxj. In hac etate ꝟm Aug. erit vita salus gl'ia virtus copia pax honor ⁊ oē bonū. Alio mō h ꝓ octo dies designant moraliter illa q̄ ꝯcurrūt ad iustificationē peccatoris. Primus dies ē cognitio peccati qm̄ enī peccat hō. multa incurrit. qz interi⁹ obtenebraī ꝟm Aug. dicētē. Peccatū ē tenebra q̄ obscuraī itellect⁹ ⁊ tot⁹ hō interior obtenebraī. Peccatū spoliat oībus gratuitis donis qb⁹ fit ꝓ demones. Qb⁹ figuratū est Esa. xxiiij. ꝓ caldeos ⁊ finaliter ꝓuat regno celesti ij. Paraī. xxvj. vbi legit q̄ Ozias q̄ erat leproſus dormiuit cū patrib⁹ suis ⁊ sepelierūt eū in agro regaliū sepulcroz. ⁊ nō in sepulcris regū ꝓ qb⁹ significabaī vt ait lyra. Qui moriēs in peccato saltē mortali qb⁹ est spūalis lepra. non recipitur in q̄ete beatoz qui cum xpo regnāt i eternum. Et h nccē ē ante omnia cognoscere ⁊ illa cognitio dr ꝑm⁹ dies. Secūs dies debet eē peccati ꝓtritio. q̄ debet seq̄ cognitionē peccatorū. Qñ enī hō cognoscit pcti vilitatē ⁊ damnū qb⁹ infert tūc sup illo ꝓterit q̄ cōtritio multū valet apud deū. vt habet de pe. di. j. c. mēsurā. Nō enī apud deū tn valet mensura tpis. q̄tū contritionis et doloris. Ideo dixit rex Ezechias Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs ānos meos in amaritudine aīe mee. Tertⁱ⁹ dies est ꝓpositum malū deserendi. ⁊ bonū faciēdi. Juxta illud Esa. j. Quiescite puerse agere discite bñfacere. Sic fecit filiꝰ ꝓdigus. Luc. xv. q̄ surgēs a malo ad bonū dixit. Surgam ⁊ ibo ad p̄rem meū ⁊ dicam ei. pater peccaui i celū ⁊ coraz te. rē. Quartus dies ē pudor de peccato. ⁊ hec ē maxima ps penitentie. teste Aug'l. li. de pnīa. ⁊ ponit de pe. di. j. c. quē penitet. Subdit. Laborat mens patiēdo erubescētiā. ⁊ qm̄ verecūdia magna ē pena. q̄ erubescit ꝓ xpo dignus ē misericordia. Et dicit ibidez. Qui ꝓ vos peccastis. ꝓ vos erubescatis. erubescentia enī ptē habet remissionis. Quint⁹ dies est timor ō futuro iudicio q̄ etiā cōstringit a peccatis. ꝟm illō Eccl. vij. Memorare nouissima tua ⁊ in eternū non peccabis. Memēto iudicij creatoris tui. Et h finale iudiciū timuit gloriosus Hiero. q̄ dixit: Siue comedā siue bibā siue aliud q̄d faciaz. sp mihi videt illa vox in auribus meis insonare. Surgite mortui ⁊ venite ad iudiciuz Sextus dies est peccati cōfessio q̄ multum placet deo sicut testaī Hugo de san. vic. Nihil inquit deo magis placabile q̄ confessio in hoie sue culpe. Ideo dixit Ezechias rex Esa. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meoz ⁊ rē. ps. xxxj. Dixi cōfitebor aduersuz me rē. Septimus dies ē spes venie. hec est necessaria. qz legit Mat. xxvij Judas cōfessus fuit peccatū dicens: Peccaui tradens sanguinē iustum. sed hoc non fecit in spe venie. ideo non ē misericordiā consecutus Octau⁹ dies est satisfactio. ⁊ illa tūc fit q̄n peccator penam iudicis ecclie aut sacerdotis arbitrio inpositā factis secut⁹ ē. vt habet ō pe. di. j. in. c. pfect. Confirmaī h idem ⁊ i hac die hō non solū circūcidit a culpa. sz ab oi pena quaz deberet in purgatorio sustinere. Et ad illō denotandū voluit dns infans die octaua circūcidi. Vel aliter. Duo p̄mi dies sunt dolor de ꝓpetratiōe peccatoz. ⁊ desideriū emēdādi. Alij duo ꝓfitēdi pcta et mala q̄ fecim⁹. ⁊ faciēdi bona q̄ neglexim⁹ Alij q̄ttuor sūt oratio. lachrymarū effusio. corpis afflictio. elemosynarū largitio. Vel per octo dies possunt intelligi octo. q̄ si diligent ꝓsiderent oēm volūtatē peccandi a nob circūcidūt. quoz septem Bern̄. enumerat dicēs. Septem sūt ō essentia homis q̄ si hō ꝓsideraūit ineternū non peccabit. ⁊ enumerat ea sic. Materia vilis. operatio turpis. exitus

Sermo

flebilis. stat⁹ instabilis. mors tristabilis. dissolutio miserabilis. ⁊ dānatio detestabilis. Et octauū pōt esse ꝓsideratio gr̄ie ineffabilis. Ut aliter ⁊ meli⁹ q̄ ad ꝓpositū ꝑm Nico. de Ly. i glo. sup ꝝba themat. Per dies mystice ann⁹ designat. ꝑm illud Ezech. iiij. diē ꝓ anno dedi tibi. Debet igit infans octo dierū spūaliter circūcidi. ꝛ est a turpib⁹ restringi ⁊ inhonestis. q⁹ tūc incipit habere vsum rōnis. Quia dic̄ Ari. ij. Ethi. Ex nō parū facit ad virtutez a puericia assuefieri ad ꝝtutis opa. Hanc doctrinā de circūcisione pueroꝝ spūali. potest quis ꝑm placitum ꝓlongare.

Sermo secūdus de eodem.

Circūcidet ex vobis omne masculinū Geñ. xvij. Dicūt naturales. A vite ꝓcedūt q̄dam plante infructuose ⁊ innaturales. et ꝑticꝑaliter a radice vitis. ⁊ tales plante degeneres sūt. ⁊ non fructifi cant. sed vitē onerāt ⁊ fructū impediūt ⁊ retardant. Nam humorē attrahūt qui debuit trāsire ad fructū ip̄m nutriēdo. ⁊ augmētādo. Idē debent citi⁹ a radice extirpari ⁊ incidi. ne diuti us crescētes diminuāt fructū. Mystice. p vitē adam noster ⁊ ꝓmus parens designat quē deus plātauit ⁊ ad paradisū voluptatis in ortuz amenū collocauit. vt botros virtutū ⁊ vinum dilectionis ferret. ꝑm hoc q̄d memorauit legislatoꝛ moyses Geñ. ij. di. Plātauit autē dñs deus paradisū voluptatis a ꝑncipio ⁊ posuit i eo hominē quē formauerat vt operaret. s. fructū bonū. Sed a radice hui⁹ vitis ꝓcesserunt degeneres plāte originaliū peccatoꝛ. q̄ i omnes posteros suos sunt ꝓpagate ⁊ trāsfuse. Dicūt eni sācti doctores. Licz trāsgressio ab Eua icepit que habuit sua colloquia cū serpente. Geñ. iij tamē causa originalis peccati ip̄a non fuit sed adā. qui si non peccasset. originale in posteros trāsfusum nō fuisset. ideo dicit ap̄s ad Ro. v. Per vnū hoiem. s. adā. peccatū intrauit i mundū. Et he plāte originaliū peccatoꝛ ip̄ediebāt fructū bonoꝛ opeꝛ ⁊ retardabant hoies a regno celoꝛ. q⁹ p q̄nq; milia annoꝛ ⁊ ducētos ⁊ xxxiij. annos nullus potuit ītrare in regnū celoꝛ. Ideo ncc̄e fuit vt tales plāte originalium eradicarent. ⁊ circūciderent. q⁹ nō fuerūt plātate a deo. sz a diabolo. Idē dixit xp̄s. Mat. xv. Omis plātatio quā nō plātauit pater me⁹ celestis eradicabit. ⁊ hec eradicatio facta ē p circūcisionē q̄ data fuit ad culpā delendaz. Et q⁹ vir cōmisit culpam. ideo data fuit circūcisio viris ⁊ non feminis. sic̄ innuūt ꝝba ꝓlibata. Circūcidet ex vobis oē masculinū. In q̄b⁹ duo tāgunt. Primo circūcisionis nc̄citas. ibi. circūcidetur ex vob. Scdo illi⁹ abilitas. ibi. oē masculinū. Be ꝓmo sciendum ꝑe. de creſ. li. v. dicit

Quedā sūt arbores vt pirus vel pomus q̄ trahūt infirmitatē quādā quā ꝛ causare serpens ⁊ arefacit oēs ramos q̄s attingit Et cognoscit in arbore h̄ mō. q⁹ cortex aret ⁊ nigrescit. Sed hāc infirmitatē volēs repellere. ncc̄e ē vt cultel lo p̄acuto corticē nigrescētē ⁊ arentē p̄scindat. vt de ea nihil remaneat. ⁊ postea fimo cū cespi te fozamē alligabit. ⁊ saluabit arbor. Mozaliter. p arborē gens iudaica recte signat q̄ originē a radice. s. adā traxit. a quo infirmitatē ꝓtagiosam. scz peccatū originale habuit. Be qua ꝛ. xv. q. j. c. q⁹ aūt. Fomes carnis ꝛ anie infirmitas q̄ accidit aie ex carnis corruptiōe. Et illa infirmitas intm̄ arefecit ramos. hoc est filios iudeoꝝ. vt oēs ꝛ regno dei p̄scinderet. ꝑm illud Geñ. xvij. Masculꝰ cui⁹ ꝑputj caro circūcisa non fuerit pibit ꝛ populo meo. vt pbat magister in. iiij. di. j. Qui ante octauū diē mori ebant ante ꝙ fiebat circūcisio. hos omnes condabant perire sicut sentit de paruulis ante baptismū defunctis. Et pbat hoc magister p dictum venerabilis Bede dicētis. Qui nūc per euāgeliū suum terribiliter ⁊ salubriter clamat Job. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ spūsctō non intrabit in regnū dei. Ipe dudū clamauit p legem diuinā aīa cui⁹ ꝑputj caro ⁊c. Idcir/co summe necessariū fuit vt hec infirmitas originalis culpe p̄scinderet i cortice. h̄ ē in extremitate mēbri. q⁹ in illa pte magis apparuit. este mgr̄o in. iiij. dis. vbi supra di. In carne p/pucij iussa est fieri circūcisio. q⁹ i remediū originalis culpe ist̄ituta ē quā a parētib⁹ trahim⁹ q̄ i pte illa magis dñat. Et q⁹ in pte illa ꝑm⁹ hō pri mo culpā iobediētie sensit. decuit vt ibi signū obediētie acciꝑet. hec mgr̄. Et hec circūcisio fiebat cultro nō ferreo aut calibeo. sz lapideo vt hr̄ Geñ. xvij. Et h̄ facto infantes ab infirmitate original⁹ peccati sanabāt. Sicut pbat Aug⁹ i ep̄la ad valerium ⁊ Julianū. ⁊ allegat a magistro vbi s dicēs: Ex q̄ instituta ē nūc circūcisio i ꝓpl'o dei q̄ erat tūc signaculū fidei iusticie ad purgationē. valebat magnis ⁊ puulis originalis veteris⁊ pcti. sic̄ baptism⁹ ex illo tēpe valere icepit ad inouationē hois ex q̄ ē instit⁹tus. Idē dic̄ Beda. sup euā. Idem salutifere curatiōis auxiliū circūcisio i lege ꝓtra originalis pcti vuln⁹ agebat. q⁹ baptism⁹ agere reuelāte tpe gr̄e ꝓsueuit. excepto q⁹ ianuā regni celestī nōdū intrare poterāt. Cū in sinu abrae p⁹ morte btā reꝛe cōsolati supne pacis ingressum spe felici expectabāt. Sz diceres. Quare circūcisio fuit nc̄cia. ꝛ ad salutē ⁊ abs⁊ ea tūc null⁹ saluabat. sic̄ nūc sine baptismo. Quid tūc ꝛ viris q̄ fuerūt añ circūcisionē. q⁹ remediū illi cōtra pctm̄ habuerūt. Ad hoc rn̄det magister in iiij. di. j. Quāuis q̄dam dicūt sacrificiū ⁊ oblationes eis valuisse ad remissionez pctoꝝ meli⁹

XXV

ẽtñ dicere q añ circũcisionẽ salut fuerũt puuli in fide pentũ. pentes ꝯo p ꝯtutẽ sacrificij Idẽ tenet Greg⁹. iij. li. mo. di. Nõ aq̃ baptismi circa nos agit. Hẽ egit apud veteres vel p puulis sola fides. vel p maiorib⁹ ꝯtus sacrificij. Et dicit mgr̃ vbi s. Hr mulieres p fidẽ bonã q̃ opationẽ vel suã si adulte erãt vel parẽtũ si puule. ¶ Et sic ptz q circumcisio fuit nccia. ¶ Quo doctrina mozali ẽ notãdũ. q xps voluit realiṫ circũcidi vt nos spũaliter circũcideremur qñ circũcisio ne cordis delectaṫ. Ideo si volum⁹ saluari necesse est nob oia pcta excidere ⁊ extirpare. ¶ Primo enĩ circũcidẽ debem⁹ oculos nr̃os si sint tenebris vitioꝝ obfuscati. Recte sicut faciũt irũdines de q̃b⁹ refert Ari. li. vj. aialiũ. ⁊ Macrob. Si q̃s excecauerit oculos irũdinũ pñt eoꝝ oculi renasci: q̃rit enĩ mater herbam q̃ dr̃ celidonia cui⁹ ꝯtute oculos linit puerorꝝ. ⁊ sic eoꝝ pstine restituũṫ sanitati. Sic nos p inuidiã vel irã sumus excicati q bonũ q̃rere vel videre non possum⁹ primoꝝ. Hm ps. lvij. Supcecidit ignis ⁊ nõ viderũt solẽ. Circũcidẽ debem⁹ hãc cecitatẽ p herbã celidoniã. i. pniaz. Que Hm Aug⁹. i li. de pnia. lãguores curat. gr̃am cõseruat. ⁊ cecis visũ reparat. Etiã si oculi nr̃i sũt pni ad videndũ illicita. s. feminaꝝ formas. icircũcisi sũt Hm Greg⁹. Debemus q̃ circũcidere eos ⁊ refrenare. Hm illd ¶ Prou. iiij. Oculi tui recta videãt ⁊ palpebre tue pcedãt gressus tuos Glo. i. opa tua. Nulla dicit. b. Aug⁹ de fide xpiana Et ponit. xxxij. q. v. c. Nec solo. Nõ inq̃t dicat⁹ vos hr̃e aios pudicos si habet⁹ oculos impudicos qz impudic⁹ ocul⁹ impudici cordis est nuncius Secdo circũcidere debem⁹ aures ab adulatiõibus vel detractiõib⁹ audiẽdis. Recte sic faciunt serpẽtes. de q̃b⁹ dicũt naturales. Q̃ñ audiunt incãtatores ꝯba bona pferẽtes. aut eos se ¶ iurãtes vnã aurẽ i terrã inclinãt. aliaz cauda tegũt ne vlteri⁹ ꝯba eoꝝ audiãt. Sic ⁊ nos facere optet q̃ñ audim⁹ adulationes ⁊ laudationes. declinem⁹ aurẽ vnã ad terraz audiẽdo q̃d dicit dñs Geñ. iij. Terra es ⁊ i terrã reuerter⁹ vel illd Esa. iij. ¶ Populus me⁹ q̃ te btm̃ dicũt ipi te decipiũt. ⁊ sic adulatiões nõ curem⁹. Si audimus detractiões tegam⁹ cauda alterã aurẽ cogitãdo d diuina iusticia quã exercebit in finali iudicio. qz ibi pmiabunṫ q̃ aures suas a detractionib⁹ circũciderũt. Hm illd Esa. xxxiij. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ. i. peccatũ detractiõis i excelsis habitabit Etiã circũcidere debem⁹ aures a surda obturatiõe q̃bus aliq̃ nolũt audire ꝯitatẽ. nec pcepti ecclie obedire. Siles sũt iudeis q̃ aures suas obturauerũt nolentes audire stephanũ. Act. vij. q̃b⁹ dixit: Dura ceruice ⁊ incircũcisi aurib⁹ q̃ diu spũi F sancto restitutis. Sz cũ q̃ debem⁹ aures circũcidere. audire volẽtes ꝯitatẽ Certe cũ illo dicto sapiẽt⁹ ¶ Prou. xxj. Qui obturat aures suas ad clamorẽ paupex. s. pdicãtiũ. clamabit. ⁊ ipe ñ exaudiet. Refert Jacobus d vitriano. q fuit q̃dã laic⁹ q̃ nõ potuit audire ꝯbum dei (sic adhuc heu multi iueniũṫ) hic cũ obisset venerũt pbri ⁊ scholares vt vigilias decantarẽt. ⁊ p illo clamarẽt depcãtes. Christus i imagine sua soluit brachia ⁊ aures suas obturauit ad pces orãtiũ. ⁊ sic nõ cõplet⁹ vigilijs recesserũt. Tertio circũcidere optet nos os ⁊ linguã a mendacijs vt vera ⁊ recta loq̃mur. si pus erat curuuz ad ꝯba inania ⁊ detractatoria eloquẽduz. Recte sic facẽ aq̃la de q̃ refert ¶ Pli. i spe. na. cum senuerit incuruaṫ ei⁹ rostrũ. vt nõ possit sumere cibũ Sz ptra hũ icõmodũ iuenit remediũ. qz petrã sibi q̃rit ptra quã fortis⁹ rostrũ suũ pcutit. ⁊ sic onus rostri deponit ⁊ cibũ capiẽs reassũpt⁹ virib⁹ iuuenescit. Et nos ita si i peccat⁹ senuerimus vt etiã cibũ sine ꝯbis detractorijs non valem⁹ comedere. ptra illd bti Aug⁹. dictũ q̃d ponit. xliij. di. c. ¶ Quia. in glo. Quisq̃s amat dictis. absentũ rodere vitã. hãc mẽsam indignã nouerit eẽ sibi. Jõ ptra hũ incõmodũ nccẽ ẽ q̃rẽ petrã. i. xpm. ⁊ pcutere os ptra ipm. legẽdo illud Mat. xij. q̃ dixit. Dico vob q de oi ꝯbo ocioso q̃d locuti fuerit hoies d eo reddẽt rõnez in die iudicij. Qz ex ꝯbis tuis iustificaberis. et ex ꝯbis tuis dãnaberis. Si q̃ nos hec ꝯba saluatoris aduerterem⁹. fortassis os nr̃m ⁊ labia nr̃a circũciderem⁹. Qui aũt sũt illi q̃ hñt labia icircũcisa. Oñdit Greg⁹. omel. iij. sup Geñ. dicẽs Ego puto q incircũcisus sit labijs q̃ nõ cessauit a stultiloq̃o. scurrilitate. q̃ bonis derogat q̃ criminaṫ primos. q̃ instigat lites. q̃ calũnias mouet. q̃ frẽs inter se discordes facẽ. q̃ vana incepta. scurritia. impudica. turpia. iniuriosa. pterua. blasphemia. ⁊ alia q̃ idigna sũt xpiano ore ploquiṫ. Et subdit ostẽdendo q̃ sũt labijs circũcisi dicens: Si q̃s vero ab his oib⁹ ptinet os suũ: ⁊ disponit hmões suos i iudicio. ꝯbositatẽ repmit. linguaz tẽpat. ꝯba moderat. Iste merito circũcisus labijs dr̃. Qui ꝯo iniq̃tatez excelso loquũṫ ⁊ extẽdent i celũ linguã suã. sic faciũt heretici. icircũcisi labijs dicẽdi sũt ⁊ im/ mũdi. Circũcisus ꝯo ẽ et mũdus q̃ sp ꝯba dei loq̃ṫ. hec ille. Quarto circumcidere nccẽ ẽ cor nr̃m a prauis cupiditatib⁹. d q̃b⁹ sũt multi adhuc i corde valde incircũcisi. Qz dic Greg⁹. vbi supra. Si q̃s obscenis desideriis ⁊ vanis cupiditatib⁹ estuat⁹. et q̃ mechaṫ hic incircũcisus ẽ corde. Qz dicit dñs Mat. v. Qui viderit mulierẽ ad pcupiscẽdũ eã iã mechat⁹ est eã i corde suo. Tales fedas cogitationes ⁊ feda et mala desideria circũcidere debemus a corde per penitentiã expellẽdo. Recte sicut facit ciconia d G qua refert magister. xij. ppie. Q̃ñ se sentit iteri⁹ ex ciboꝝ multitudie grauatã. aquã marinã

Sermo

intra os recolligit. quã in interioza ad anũ fu/dit. ⁊ hac emollit sibi duriciã. ⁊ mozdendo ite=stina supflua ⁊ peccãtia eijcit ⁊ expellit. Sic et nos si sentim⁹ coz nostrũ grauatũ luxuriosis co gitationibus q̃ vt cõiter ex supfluis cibarijs p ueniũt ⁊ vini potib⁹. ⁊ ab illis vomitũ recipia mus. vt dic̃ ꝓzosp. ⁊ ponit in cano. dis. xxxv c. luxuriosa. Quare debem⁹ intrare aquã ma=rinã penitentie. ⁊ p eaz expellere ⁊ circũcidere has lubzicas cogitatiões cogitãdo q̃d scriptũ est. Mat. v. Beati mũdo cozde q̃m ipi deum videbunt. Et ecõtra pñt dici infelices imundo cozde q̃m vita eterna ꝓuabunt. Quare dicitur Apoc. xxij. Nullũ inq̃natum intrabit in eã scz vitã eternã ad videndũ deũ. Quito circũcide=re opoztet manus ⁊ pedes ꝑm mandatum dñi Mat. xviij. Si man⁹ tua vel pes tuus scãdali zat te. abscinde eam ⁊ pijce abs te. Sed a quo abscindenda sũt hec duo. ostẽdit Orig. i omel' ij. sup Gen. dicens: Manus q̃dem a rapinis ⁊ furtis ⁊ illicitis tactib⁹. ⁊ ad sola opa dei im=pendenda. Sed circũcidendi sunt pedes ne ve loces sint ad effundendũ sanguinẽ ⁊ ne intrent in malignãtium ꝓuentũ. hec ille. Ad idez dicit sapiẽs ꝓzou. j. Fili mi si dixerint peccatozes i sidiemur sanguini. ne ambules cum eis. pedes
h enim illoz ad malum currũt. Sexto circũcidere opter luxuriã illicitaz tã i matrimonio q̃z extra q̃ docent aialia irrationabilia. q̃ ꝑm Amb. in hexa. non omni tpe ad coitũ mouent. sed solũ tpe sibi deputato. vt in vere. Sic ⁊ ꝑm Orig. sunt q̃dam cõiugati q̃ statutos non supgradiũ tur terminos a legib⁹. nec aliã feminã q̃z ꝓiugẽ legittimã nouerunt. ⁊ cum ea tm̃ gratia ꝓlis ⁊ causa. certis ⁊ legitimis tpibus agũt. ⁊ isti cir=cũcisi i p̃putio carnis sue sunt dicẽdi. Sed ecõ=tra ꝑm eundẽ doctozẽ. sunt nõnulli q̃ in oẽm la sciuiã ꝓcũpunt. ⁊ p diuersos ⁊ illicitos passim pendũt amplexus. Et in oẽm libidinis gurgi=tem ferunt infrenes. isti incircũcisi sũt i p̃putio carnis sue. hec Orig. Et talib⁹ ncce est volẽti=bus saluari vt carnem suam circũcidãt Az ꝑm Aug. christi circumcisio nihil aliud est q̃z casti tas nra. in q̃ deus i nouissimis tpib⁹ delectat. Ites icircũcisi audiãt ap̃lm. j. Cor. vj. di. No lite errare. qz neq̃z fornicarij neq̃z adulteri ne=q̃z mollef. regnũ dei possidebũt. Idẽ ad Heb. xiij. Fornicatozes ⁊ adulteros iudicabit. i. cõ=demnabit dñs. Cũ his cultris asperis abscin/dat q̃libet a se malam fornicationẽ ⁊ adulteriũ
J pessimũ ne a dño cõdemnent. Septimo circũ/cidere debem⁹ totũ coz⁹ a sozdida peccati pol lutionc que multum nos grauat. ꝑm illud ps. xxxvij. Qm̃ iniq̃tates mee supgresse sũt caput meuz. ⁊ sicut onus graue grauate sunt sup me. ⁊c. Quã graueditẽ si volum⁹ a nobis circũci=dere debemus facere exemplo aq̃le. de qua re=fert ꝓli. in spe. natu. Q̃ cum in senectute sentit graueditẽ in alis suis contra q̃ incõmodũ in=struit in natura sua vt fontẽ aque scaturientis q̃rat. deinde ascẽdat quãtũcũq̃ põt p aera do=nec ex caloze aeris ⁊ volat⁹ laboze stomachus fozti⁹ calescat. Et tũc ex caloze pozis apertis ⁊ pennis relaxatis subito descẽdẽs in fontẽ ruit et depositis plumis grauãtibus renouat. Ita hõ peccatis inueterat⁹ qñ sentit graueditem peccatoz debet q̃rere fontẽ lathzymaz ⁊ p de=sideriũ ascẽdere ad deũ. ⁊ p oratonez q̃ nubes penetrat ⁊ nõ descendit donec exaudiat altissi=mus. sic ꝺz Eccl. xxxv. Et hõ sic charitate so=lidatus debet ruere in fontẽ lachzymaz totali=ter se imergẽdo. ⁊ tũc põt circũcidi. ⁊ a peccati oib⁹ renouari. Et dicere tũc cũ ps. cij. Reno/uabit vt aq̃le iuuẽt⁹ mea. Et ꝺ patz de maria magdalena q̃ toto cozpe ⁊ membzis peccauit. Ideo moze aq̃le q̃siuit fontẽ gre xp̃m ⁊ lachzy maz. ⁊ totaliter igne charitatis accẽsa misit se in fontẽ largissimũ lachzymaz. q̃bus i toto coz poze fuit renouata. ⁊ ab oib⁹ vitijs circũcisa vt
K hr̃ Luc. vij. Octauo ⁊ vltimo circũcidere nos optet malas cõsuetudines ⁊ nociuas. quaruz ꝓncipalis ẽ vna que istis sacris dieb⁹ ab hoib⁹ vanis exercet. q̃ induũt laruas bestiales in q̃/bus se demõstrãt q̃ sunt bestijs coeq̃les. Cõtra ds inuehit beat⁹ Aug⁹ in ꝑmone ꝺ ritu quarũ=dam terraz dicẽs: In istis dieb⁹ miseri hoies formas assumũt monstruosas. alij vestiũt pel/libus pecudũ. alij mulieꝝ tunicis. alij sumunt capita bestiaz. ex q̃ indicant tã habitũ habere se beluaz q̃z bestiaz. Nam q̃uis similitudinez diuersoz aialiuz exp̃mere in se volũt. certũ est tñ in his magis coz pecudũ esse q̃z formam. Et subdit Aug⁹. Qui de hac ꝓsuetudine pagano rum aliq̃d obseruare voluerit. timendũ ẽ ei ne nomẽ christianũ sibi ꝓdesse nõ possit. Et ꝺ his qui talibus laruis auxiliũ impẽdunt dic̃. Qui etiã stultis hoibus ludentib⁹ aliquã hũanitatẽ impẽdũt. peccatis eoz participem se eẽ nõ du/bitent. magis enim cũ illis debẽt flere q̃z de illis infelicẽ risum relaxare. Et subdit vertendo sti lum ad rectozes eccl'iaz vt studeant coꝛrigere hos errozes dicẽs: Vobis aũt o fratres nõ suf ficiat q̃ hoc malũ nõ faciatis. ꝫ vbicũq̃ videri tis fieri coꝛrigite coꝛripite ⁊ castigate. Inuecu=q̃ sunt ꝟba Aug. Ideo in oib⁹ eccl'esijs vbi ta les ludos laruales exercẽt. stricti⁹ argui debe=rent vt talis malicia ⁊ paganica posset a finib⁹ christianoz extirpari cõsuetudo. Sed dicũt ta les laruati. Tamẽ illa ẽ antiqua cõsuetudo. nã ad multos annos facta fuit a patribus nostris ⁊ antiquis. quare nũc nos facere nõ debemus aut talẽ ludum causa leticie exercere. Ad ꝺ di=cendum ꝑm Aug. Credo q̃ illa est ꝓsuetudo antiq̃ etiã apud paganos qui credebãt ianerũ

quendã ducẽ ⁊ cum in his diebus multũ vene
rabãtur. ⁊ ei duas imagines figurabant. vnaz
post se ⁊ aliam ante se. In signuz q̃ talis mẽsis
ianuarius erat terminus anni p̃teriti ⁊ p̃ncipi-
um sequẽtis. Ex hoc nunc vt opinor talis p̃o
cessit ꝙ suetudo q̃ homines vani figurãt duas
facies: vnã ad currentẽ. aliam similitudinarie
post equitantẽ cuz caballo. Et q̃uis illa mala
cõsuetudo sit ⁊ antiqua ⁊ diu exercitata. tamẽ
nõ min⁹ẽ peccatũ q̃ q̃ eẽt noua imo multoma
ius. Quia dicit regla iuris. Diuturnitas non
minuit peccatũ. sz plus auget. Cui cõcordat il-
lud extra de simo. li. v. c. Luz in ecclie corpore
Tanto inq̃t grauiora sunt peccata. quãto diu-
tius infelicẽ animã detinent alligatã. Ecce mi/
ser q̃ longa cõsuetudo te plus aggrauat q̃ ex/
cusat. O stulte ⁊ vane mẽtis homo. qualis ibi
apparebis ante districtũ iudicẽ. cum taliter te
deformas faciẽ demonis assumẽdo. qñ eni re-
quiret iudex te taliter deformatũ. Cuius ẽ hec
imago. Mat. xxij. ⁊ Mar. xij. Si tu sibi non
respondes. respondebũt angeli dicẽtes: Eius
imago ẽ cesaris. i. diaboli qui ẽ rex ⁊ impator
sup oẽs filios supbie ⁊ inobedientie. Job. xlj.
Tũc iudex diffiniet dicẽs: Date cesari q̃ cesar/
sunt. id ẽ. tradite eum demonibus in ptãtez. a
quo nos custodiat pater.

In die epiphanie domini. sermo p̃mus

Vbi ẽ qui natus ẽ rex iudeorũ. vidimus eni stellam eius

A in oriente. ⁊ venimus adorare eum. Matth.
ij. Dicit Pli. i spe. natu. Aquila velut regina
inter volucres obtinet p̃ncipatum. ⁊ inter om-
nes est maxime liberalis. quia p̃dam quam ca
pit sola non comedit. sed alijs auibus cõmunẽ
exponit. ideo cõtinue ad eam volant aues ⁊ se
quunt. sperãtes sibi ptẽ prede impartiri Hy
stice. ꝙ aquilam christus intelligitur. Fm illud
Deut. xxxij. Sicut aquila ꝓuocans ad volan
dum pullos suos ⁊ sup eos volitans. Ita xp̃s
expandit manus suas ⁊ assumpsit eos scz pec/
catorez. atq̃ portauit i humeris suis. Ipe eni
est omnium rex ⁊ dominus. Et quãuis vt par-
uulus in cunis iacebat. tñ vt rex potẽs in celo-
impabat. Iõ dicit beatus Aug⁹. in fmone ho
dierno. Iste rex qui portatur vt paruul⁹ ado-
rar vt de⁹. Paruus in presepio. imẽsus in ce-
lis. vilis i pãnis. precios⁹ in stellis. Iste rex est
multũ liberalis. Quod ostendit stati in sua na
tiuitate in qua per totum mundũ meliflui facti
sunt celi. In qua fons olei largiter rome vsq̃
i tyberim pfluxit. In qua ⁊ vinee engaddi flo-
ruerunt ⁊ balsamũ habũdanter fuderũt. Ecce
quãta liberalitas huius regis christi. Ipe nã-
q̃ predaz humanitatis quã rapuit. nobis libe-
raliter impendit. vt patuit in eius circũcisione
In qua partem carnis huius humanitatis cir
cũcidi voluit. nobisq̃ subsidiũ dedit. De qua
aiũt quidam. ꝙ angelus eam p̃mo regi Caro/
lo p̃sentauit qui eaz aquisgranũ in ecclesia san
cte marie honorifice collocauit. Nunc autez di
citur esse rome in ecclesia que dicit sancta san-
ctorum. Ideo ppter suam largitatez multi ad
ipsum cõfluxerunt pastores. Luc. ij. Qui loq̃/
bantur ad inuicẽ. Trãseam⁹ vsq̃ bethleem. et
videamus hoc verbum tẽ. Idem patet de tri
bus regibus qui hodie cum magno comitatu
venerunt de partibus oriẽtis adorare christũ
Sicut hoc p̃dixerat ps. lxxxv. Veniãt ad te q̃
detrahebant tibi. ⁊ adorabunt coram te vesti-
gia pedum tuorum. Et hoc patet in verbis p̃-
positis. cum veniẽtes interrogauerũt: Ubi est
qui natus est rex iudeorũ. In quibus tria p̃ci-
pue describunt. Primo gentium ad fidem tra
ctio. Ubi ẽ qui natus est. Secundo christi pui
da cognitio. ibi. vidimus. Tertio bone volun
tatis oblatio. ibi. et venimus adorare euz. De B
primo est notãdũ. Fm naturales sol mirabiles
effectus habet. Nam illud quod sibi est ꝓpin-
quum reiicit a se vt pluuiam. grãdinez. niuem
⁊ pruinam. quod autez sibi est remotum ad se
trahit. Sicut videmus q̃ calore suo trahit fu-
mos ⁊ vapores. quos cõdensat in pluuias et i
nubes. Ita christ⁹ sol iusticie repellit a se mul-
totiens p̃rimos. scz iustos. in hoc q̃ eorum de/
meritis exigentibus eis gratiã suam abstrahit
Et peccatores qui lõge sunt a deo in regiõe dis
similitudinis: ad se per gratiã suam trahit Ad
hoc ve rum sit. intueamur scripturaz. Legitur
enim. j. Regl. ix. ℣ Saul i adolescẽtia fuit bo
nus. quia non erat vir de filijs israel melioz eo
erat enim bonus ⁊ electus. Postea autẽ pecca
tis suis exigẽtibus xp̃s sibi gr̃az suam abstulit
⁊ ip̃m reiecit a regno. ⁊ fortassis nũc a regno ce
loz qz dr. j. Paral. x. ℣ mortu⁹ẽ pp̃r iniquita
tes suas. Sz Manasses q̃ adolescentia fuit
malus. purpurãdo plateas hierusalẽ sanguie
martyrũ. vt habetur. iiij. Regl. xxj. Fuit attra
ctus per gratiam in senectute. ⁊ saluatus est. ij
Paral. xxxiij. Et de paulo Act. ix. Et hoc fac̃
domin⁹ vt dicit Chry. super Matth. vt ho-
mines sibi mutuo cõpatiãt. boni malos nõ re/
ijciendo. quia qui hodie stat in gratia. videat
ne cras cadat in culpam. et qui hodie malus ẽ.
tras potest fieri bonus domino largiẽte. Sic
etiam ad ꝓposituz christus nouus sol nouiter C
ortus abiecit a se iudeos litteratos in scptiur/
pphetaruz qui ad eum venire noluerũt q̃uis
apud eos natus esset. Sed gẽtiles ad se miseri
corditer traxit. sicut hodiernos tres reges. de
quibus Chry. super Matth. Vocat hos ma
gos p̃mitias gentiũ dum illumiati sũt. iudeis
excecatis. Magi venerũt ad iudiciũ iudeorũ

illoꝝ ꝓphetantes fidem futuram ⁊ istoꝝ damnantes incredulitatem. O beati magi q̄ ex omnibus gentib⁹ p̄micie fidelium meruerūt fieri. Isti enī magi future ecclesie formā portabant. Et subdit. Sicut illi regem non videntes .credentes q̄rebāt. sic ⁊ nos qui sum⁹ ex gentibus domin̄ quē nunc̄ vidimus. credentes quoti die queram⁹. et confiteamur eius potestatem.

nob dici possit illud ps. lxxxiij. Ibūt de vtute in vtutē sancti z electi dei. Hec beda. Vel fm alios hec ꝓtentio potuit esse ex elatōe. Naz au dictes a xpo discipuli ꝑ petro ꝓmissas claues. Mat. xvj. cū dixit. Tibi dabo claues regni celorū. Etiā Jacobū z Johem ductos in montē trāsfiguratōis dñi Mat. xvij. nolebāt aliquē sibi ꝓferri. iō ꝓtendebāt in b. Nō mix. quia ad huc carnales erāt z spūsanctū in tāta plenitudine nōdū acceperāt. z huic opinioni cōcordat ifa sequēs. Et b quo ad ꝑmū. Quatū ad scdm ponit saluatoris fidelitas z benignitas i correctōe. cū addit. Dixit aūt eis ibs. s. ꝓ correctōe Reges gentiū dñant eorū. Circa qđ notādum Pellican⁹ vt dicit glo. sup ps. cj. es. auis i correctōne pullorū excessiua. qz cū pulli excedunt ipam mrem in faciē vberantes. ipos repcutit crudelit z occidit. Ecōtra aūt aḋla vt dic Ari. aia. li. vj. cū viderit pullos suos nolle exiē ō nido paulatiz deijcit z alis pcutit. vt sic assuescāt ad volandū. Sic spūal'r sunt ḋdā pentes tā spirituales q̄ carnales q̄ more pellicani i correctōne filiorū nimiū sunt crudeles. Contra qđ dr in cano. di. xlv. c. licet plerūq; ꝑl⁹ inḋt erga correctos agit beniuolētia q̄ seueritas. plus cohortatio q̄ comminatio. plus charitas q̄ ptās. De carnalibus parētib⁹ refert Valeri⁹ in pol. li. v. c. vj. qz ḋdā pr̄ noie Bruc⁹ cū debebat filios castigare ipos ad palū alligauit. z cū securi immificordit vberauit. Sic idē refert de Casi q̄ corrigē volens filiū suū occidi mādauit. Sic illi fuerūt crudeles correctores. quēadmodū ad huc inueniunt q̄ pueros suos crinib⁹ appēdētes ad terrā ꝓiciūt pedib⁹ calcāt. Cōtra q̄s dicit sapiens ꝓuerb. xxix. Virga atq; correctō. s. mitis tribuūt puero sapiam. Jō benignissim⁹ aḋla xp̄s vidēs pullos suos. s. discipulos i nido alte supbie. eos benigne correxit. z de nido elatōnis exire cōpulit. ꝓponēs eis exemplū familiare dicēs. Reges gētiū dñant eorū. q. d. Gētes q̄ non credūt vitā aliā post illā appetūt plationes z dominia. vt sic dilatēt noia sua. Fm boetiū li. iij. psa. v. Quāuis late būana tendantur impia. plēs necesse est gētes relinq̄ q̄bus regaz q̄sq; nō impet. Nō em possunt noia eorū z dominia vndiq; puenire. Jō exilis eorum ꝑlatō z ptās. q. d. Jō vos nō debetis appetere talē potestatem. Et dr notant Reges gentiū dñantur Quia cūcti anhelant vt cōit ad ꝑlatōes vt prefint. sz non vt ꝓfint. Sed audiāt. b. Bern. i suo apologetico. Ue tibi si ꝑes z nō ꝓdes. Deb Greg⁹. xiij. moral. c. ij. Unusq̄sq; inḋt supbus rector totiēs ad culpā apostasie dilabit. q̄tiens hoib⁹ ꝑesse delectat. Nō ꝓsideras ḋdam nobilis roman⁹ noie Malius. de quo refert Valerius li. v. Cui cū senat⁹ offerretur. ꝓpter caligi nem oculorū se excusauit. Sz cū illi diligentius instarēt. aliū ait q̄ratis in quē hūc honorē trāsferatis. Nam si b me facē cogitis ego mores vestros ferre nō potero. nec vos meū imperiū tollerare. Et sequit. Qui ptātem hñt sup eos bñfici vocant. quod de aliq̄bus regib⁹ dici pōt. q̄ suis subditis fuerūt bñfici z benigni nimiū. iustos nō depdātes. sed magis nutriētes. Refert Sindoni⁹ de Tito impatore. Qui adepto imperio quiuia instituit magis iocūda q̄ afficerat. Nulli ciuiū aliq̄d accepit. nullum a se sine spe z munere dimisit. Jō dicit. b. aug⁹. de vbis dñi. f. vj. Bon⁹ si fū it q̄ tibi ꝑest. nutritor tuus est. Mal⁹ si fuerit tortor tuus est. Quales sunt moderne ptātes. Qui ḋdē volūt vocari bñfici noie. sed nō bñficentiā subditis oñdunt in opes sz vt tortores ꝓpe q̄si raptores. siles illi q̄ plagabant egyptū. Exod. viij. q̄ sanguinē eorū vndiq; extraxerūt. Sic z nr̄e ptātes extrahunt sanguinē pauperū z sudorē. Sz audiāt spūsctūm p sapientē dicentē. ꝑanis egentiū ē vita eorū z q̄ defraudat eos vir sanguinū est. q̄ aufert in sudore panē. i. desudāti cibos. q̄si q̄ occidit ꝓximum suū. Eccl. xxxiij. Sz panis ille quē auferūt paupib⁹ vtiq; eis in amaritudinē. Jux illd Job. ix. ꝑanis illi⁹ in vtero vtiq; in fel aspidū Jō dicit dñs ad discipulos. Vos aūt nō sic. s. desiderate regre. sed q̄ maior est in vob in dignitate. fiat sicut minor in hūilitate. Fm illd Eccl. iij. Quāto maior es humilia te in oib⁹. z coram deo inuenies grām. Et q̄ ꝓdecessor est. s. inf vos. fiat sicut mistrator. Fm illud Eccl. xxxij. Rectorem te posuerūt. nr̄ noli extolli. esto in illr sic vnus ex illr. cūra illoz habe sicut mister. Nā q̄s maior est q̄ recūbit an q̄ ministrat. nōne q̄ recūbit? Glo. dicit. Qui recūbit maior est q̄ ad iudiciū seculi sz quo ad iudiciū dei sec⁹ est. Sz q̄ mistrat sepe maior est apud deū. Et posit se xp̄s in exemplū apostol' dicēs. Ego aūt in medio vr̄m suz sic q̄ mistrat. s. aquam pedib⁹ vr̄is supfundendo. laūando z linthEo extergēdo. Job. xiij. Doctrinam tribuendo. Mat. iij. Circūibat ihs totaz galileā docens in synagogis eorū z ꝓdicās regnum dei. Et infirmitates sanādo. Ibidē. Sanans oēm languorē z infirmitatē in pplo. Tuz etiā ꝓ peccatorib⁹ moriēdo. Mat. xij. Ueit filius hois nō mistrari. sed mistrare. z dare aiaz suā in redemptōz p mltis. Et b q̄ ad secundum Quantū ad tertiū ponit in b euāgelio ꝓmiorū mltiplicitas in ꝓmissiōe cū subiūgit. Vos estis q̄ pmānsistis mecū z̄c. ꝑro q̄ est sciendū fm naturales. Aial añq̄ in esse ꝓducit. iā hz nutrimentum sibi dispositū. s. saltē viuificatiuū. si i vita ꝓmaneat. sicut ꝓbat Ari. li. vj. aialiū de pullis gallinarū. q̄ de albugine ouiū excubant. z si vi ui ꝓseuerāt. ne deficiāt dispositⁿ est eis cib⁹ vitellū oui. de quo anteq̄ testā exeunt interi nutriant. Sic quilibet homo infans vl senex si est

viuificat⁹ p baptismū vel p pniam renouatus. si pmāserit in gr̃a vsq; in finē. hz illic dispositū celeste nutrimentum. Unde subdit. Sup mensā meā. celestē dulcedinē degustādo. Et sic̄r p̄destinatis añq; nascerent iam p̄uidit. sic̄ de se testat aug⁹. li. soliloq. xxviij. Añq; nascerer dñe spes mea ab vberibus mr̄is mee. tu p̄ueniſti me p̄parans mihi semitas q̄bus intenderē et venirem ad gl̄am dom⁹ tue. p̄usq; me formares in vtero nouisti me. et añq; exirem de vulua q̄cq̄d tibi placuit p̄ordinasti de me. hec aug⁹. Et hoc est verū si pseuerauit. Quia ſm Bern̄. in q̄daz epl̄a. pseuerātia est filia regis summi. finis virtutū earūq; ꝓsummatio. et ꝟtus sine q̄ nēo vidz dñm. Jō dicit dñs. Uos estis q̄ pmāsistis mecum in temptatōib⁹ meis. q⁹ vt ait Beda. Nō inchoantib⁹ daf̄ p̄miū regni. Sz di. quō discipuli cū xp̄o pmanserūt cū in maiori temptatōe mortis eo relicto oēs fugerūt? Mat. xvj. Et h̄ conq̄rit dñs Job. xix. Noti mei sic̄ alieni receſſerunt. Ad h̄ rñdet q; ad breue fugerūt ꝓp̄ timorem iudeorū. sed cito redierūt. iō fuga nō ē eis reputata. In h̄ nos docemur ne imꝓperem⁹ pctm̄ peccāti. q⁹ dicit sapiēs. Ne despicias hominē auertentē se a pctō nec im̄ꝓperes ei Eccl. xix. Jō q⁹ statim reūsi fuerūt discipuli dicit eis Uos estis q̄ pmansi. me. ꝛc̄. Et subdit narrando eis de p̄mijs dicēs. Et ego dispono vob. s. p̄ncipal⁹. q⁹ tps p̄teritū et futurū nō est apd patrem meum. sz totū eternal⁹ pñs est. De hac dispositōe dicit aug⁹. sup Joh. xiiij. In domo patris mei mansiones m̄lte sunt. Fecit inq̄t eas. s. māsiones p̄destinādo factur⁹ est eas operādo. elegit discipl̄os p̄destinādo añ mūdi ꝓstitutōez vocando añ mūdi ꝓsummatōz. Jō dicit. Ego dispono vob sicut disposuit mihi p̄r me⁹ regnū vt edatis et bibatis sup mēsam meā in reḡ meo Quō aūt disposuit p̄r xp̄o regnū certe p̄ passionem. q⁹ sic opoꝛtuit xp̄m pati. et ita intrare i gloriam suā. Lu. vl. q. d. Sicut p̄r me⁹ disposuit ō me vt p passionē intrarez. sic et ego dispono vobis vt p passiones et tribulatōes regnū capiat⁹ Jō dicit Bre. Si xp̄s hinc sine flagell̄ nō exiuit q̄ sine peccatis venit. quō flagell̄ digni nō erūt q̄ huc cū peccto venerūt. Et est notādū q; xp̄s decē hic enumerat q̄ laudabile eternū ꝓuiuiuz reddūt. Primū est ꝟuitoꝛis nobilitas q̄ est xp̄s q̄ transiēs ministrabit electis suis. Et h̄ tāgit cum dr. Ego. s. vnigenit⁹ dei filius. Jō dic̄ Hugo in li. de spū et aia. Duo sensus in hoie nascūtur. vn⁹ exterioꝛ et alius interioꝛ. vterq; ꝟo dominum suū hz vñ reficit Sensus exterioꝛ reficit ꝓ templatōe hūanitatis. Sēsus interioꝛ visione diuitatis. Propter h̄ em̄ de⁹ factus est hō vt totum hoiem in se beatificaret et tota ꝓuersio esſz ad ip̄m. totaq; dilectōe curreret in ip̄m. Et subdit. Hoc erit totū gaudiū hois vt cū ingredit in factoꝛe suo pascua inueniat. s. foꝛis in carne saluator. et intus in deitate creatoꝛis. Bern̄ serm. de ascen. Dñi. Ascendit ad patrem suum et patrem nr̄m. deum suum et deum nr̄m. Ascendit vt nos ascendere faceret. Ascendit vt nos ascendere doceret. Ascendit vt nos ascendere traheret. Ascendit vt nos ascendere ꝓmoueret. Ascendit vt nos ascendere ꝓuocaret. Ascendit vt nos ascendere ꝓmitteret. Ascendit vt nos ascendere ꝓmereret. Ascendit vt nos ascendere ꝓpararet. Ascendit vt nos ascendere ꝓcuraret. Ascendit vt nos ascendere ꝓtegeret. Ascendit vt nos ascendere ꝓtinuaret. Ascendit vt nos ascendere ꝓfectos faceret. Ascendit vt nos ascendere ꝓfectos faceret. Ascendit vt nos ascendere ꝓfectos face

ibi testes armonie psonent. diuitie vigiles. voces iubilose decantẽt. ibi letabũda plaudẽt agmina. ac se letis miscẽt blanda cordis modulamina. ibi choree ỹginũ chorizantiũ. ibi p̃ dñz vna vox letantiũ ⁊ vnius ardor cordiũ delectabiliũ. copia optabiliũ. ibi nulla assunt tristia sz leta vniusa. hec ille. Jõ q̃ ad hanc desiderãt regionem audiãt. be. Bern̄. in f̃. de spũali negociatõe. O regio inq̃t sublimis ⁊ plena delitiaꝝ ad te suspiro de valle lachrymarũ. ibi em̄ faciet electos suos reges. f̃m illud Apoc̃. v. Fecisti nos deo nr̃o regnũ. i. regni eius pticipes Et regnabimus sup terrã. itellige illã terrã de q̃ ps̃. xxvj. Credo videre bo. do. in ter. vi. Septimũ est mense fertilitas ibi. vt edatis ⁊ bibatis Jbi tunc dr̃ eis illud Cañ. v. Comedite amici mei ⁊ bibite ⁊ inebriami vino. Jõ dicit. b. Gre. xviij moral̃. Q̃n ad fontẽ vite venerim⁹ erit nob delectabiliter imp̃ssa sitis sine ꝛ atq̃ satietas ⁊ longe erit a siti necessitatis ⁊ lõge a satietate. et q̃a sitientes satiabimur ⁊ satiati sitiemus. Si i cõuiuio asueri bibebãt de aureis poculis. ⁊ nõ erat q̃ cogeret ad bibendũ. cũ ad bibẽdum bonitas quiuãtes trahebat ⁊ potãdũ. Hester. j. Octomagis erit in curia celesti regni. Octauum est sessionis opr̃tunitas. cum subiungit sup mensam meã. Et hec mẽsa erit celestis vite gl̃a. Si em̄ hic est gl̃a militi sedere sup mensaz regi sui domi. cũctomagis ibi gl̃osiꝰ q̃ ad mensam summi regis erit aptior. Nonũ est loci securitas. qz dicit in regno meo. in quo q̃ vno die fuit. illic sp vtiq̃ erit. Jõ dicit Cesari⁹ in ome. Beatam deniq̃ vitã illã facilius esse conseq̃ cũ enarrare cuius erit cursus sine termio. risus sine fastigio refectio sine cibo. ⁊ sub antiq̃s ppetuisq̃ gaudijs sp noua iocũditas. sine piculo amittẽdi felicitas. Decimũ est cõuiuãdi dignitas cũ dr̃ Et sedeatis sup thronũ iudicãtes duodecim tribꝰ isr̃l. qz ibi apl̃i vt dicit deuotus Ambrãdus li. j. c xj. cũ ineffabili amore ⁊ honore in iudiciaria residebunt ptãte. cũ q̃bus ⁊ btũs apl̃s Bartholome⁹ plena potitur gl̃a ⁊ honore. Sed q̃lit ad eandẽ gl̃am puenit. vide in legenda.

Sermo p̃mus de sancto Augustino episcopo.

SOl refulsit qui pr̃ius erat in iubilo. Jta scribit. ij. mach. j Dicunt naturales. Crisolitus est lapis preciosus ⁊ inter ceteros lapides vt aurũ lucet. et vt ignis scintillat. ⁊ ideo si iux̃ ignem fuerit facilit̃ inflammat̃. vt dicit Jsiõ. li. xvj. c. de gẽmis aureis. Hic lapis in auro posit⁹ ⁊ in sinistro latere gestatus dicit̃ terrere demões ⁊ effugare. ⁊ iuuat etiã ꝓtra timores nocturnos q̃n hostes timent̃. Mystice p hũc lapidẽ p̃ciosus doctor Aug⁹ designat̃ Recte em̄ sicut ille lapis p̃ alijs lucet velut aurũ. sic Augustin⁹ inꝰ alios doctores sua aurea lucz doctrina ⁊ p̃cellit. Sicut testat̃ Possidoni⁹ epũs Colonien̄. in li. de vita aug̃. Augustin⁹ inq̃t sapie lumẽ p̃fulgiduz ꝓpugnaculũ veritatis ⁊ fidei iuuamentũ. omes eccl̃e doctores tam ingenio q̃z scia vincit ⁊ icõpabilit̃ lucens ⁊ florẽs tam exemplis ỹrutum q̃z affluentia doctrinarũ. Etiã sicut lapis iste vt ignis scintillat. Jta Aug⁹. scriptis vltra alios doctores q̃ etiã ip̃m in subtilitate intelligẽ non potuerunt. sicut refert Hiero. lucerna doctoꝝ in q̃dam epl̃a quã aug̃. destinauit. Duob⁹ inq̃t libell̃tuis ⁊ eruditissimis ⁊ omni splendore eloquẽtie fulgentib⁹ rñdere nõ potui. Certe q̃c quid didici potuit ⁊ assumi ingenio ⁊ de scp̃turarum hauriri fontib⁹. a te exposit̃ ⁊ disertuz est. Etiã sicut Crisolit⁹ circa ignẽ posit⁹ facilit̃ inflãmat̃. Sic. b. aug⁹. añ ꝙuersionẽ fuit frigidus ꝓpter pctã. positus aũt ad ignẽ. ꝛ est quãdo fuit cõiũctus viris sanctis simpliciano ⁊ ceteris. talit̃ fuit inflãmat⁹ in charitate. vt dicat i li. ꝓfeſ. Sagittaueras tu cor meũ dñe charitate tua. gestabã ỹba tua transfixa in visceribus meis. ⁊ exempla ꝓuoꝝ tuorũ q̃s de nigris lucidos. de mortuis viuos feceras cõgesta in sinuz cogitatõis mee vrebãt ⁊ cõsumebãt gũem torporem. Et sic̃ lapis iste auro inuolut⁹ fugat demones. ita. b. Aug⁹. auro charitatis coopert⁹ mlt̃os demones ab obsessis eiecit ⁊ fugauit. sic̃ refert ip̃e li. xxij. de ciui. dei de se tãq̃ de alio dicens. Quandã ỹginẽ scio q̃ se cum oleo vnxit ⁊ cũ ꝓ ea p̃sbyt̃ orãs lachrymas instillauãt a demone fuisse sanatã. Et sbdit. Scio ep̃m etiã sel̃ ꝓ adolescentulo quem vidit orasse. illuzq̃ ilico demonio caruisse. Nulli aũt dubisi est q̃n de se loq̃batur. sed cã hũilitatis sei ip̃m noluit notare Deniq̃ sicut lapis iste p̃dictus iuuat contra timores nocturnos. sic. b. aug⁹. in nocte tenebrarum peccatorũ ⁊ hereticoꝝ prauitatem fortissimum est iuuamẽ. qz f̃m Gre b. aug⁹. est valde validissim⁹ malleꝰ hereticoꝝ ⁊ extirpatoꝝ vitiorum. Q aũt est lucens int̃ doctores ptz in verb̃ thematis. qñ compat̃ soli q̃ solus clarius lucet inter planetas. cũ dr̃ Sol refulsit ⁊c. Jn q̃b⁹ tãgunt̃ duo. Pri o sui p̃stini errozis nubilositas. ibi. Qui ꝓ̃us erat. Scdo sue vite ⁊ doctrine luminositas. ibi. Sol reful. ⁊c. Dico p̃mo q̃ i his ỹbis ponit̃ sui p̃stini errozis nubilositas. cũ dicunt ỹba. q̃ prius fuit in nubilo. Be q̃ est sciendum p nubilũ siue nebulã recte error figuratur qz f̃m naturales nubilũ occultat insidiantes latrones q̃ in tpe nubiloso nõ p̃nt cõp̃hẽdi Grauat etiã infirmos. qz illi magis dolẽt in obscura nebula q̃z in aura serena. deuiãt remeantes. nam viatores in nebula pdunt vias rectas. sic ptz de trib⁹ regibus q̃ orta caligine in tenebris viam pdiderũt. vt hr̃ in li. iꝓr. Et deniq̃ nubilũ naufragat nauigãtes. qz f̃m Bedã Hebu

la cū totā mar⁹ supficiē occupat quo gubnator dz diuertē ambigit ⁊ iḡrat. Sic est de erroe q̄ occultat insidiātes hereticos. Sic ptz de aug⁹. q̄ in erroe hereticoꝝ manicheoꝝ tanḡ i nubilo infidelitatis nouē annis inuolut⁹ pmansit. ⁊ ad has nugas pueit. sicut attestat in li. cōfessi. vt crederet ficū plozare cū carpit. Grauat etiā erroꝛ spūalit infirmātes. qz quāto q̄s diuti⁹ iacet in erroe tanto min⁹ apt⁹ est resurgē. qz dz i cano. de simo. c. cū in eccle corpe. Tāto grauiora sunt pcā ⁊ erroꝛes q̄to diuti⁹ infelicē aiam detinēt alligatā. qz sp pctm̄ addit pctō. et erroꝛ erroꝛi. Jō legit q̄ q̄dā heremita vidit quēdam ethiopē sarcinā colligentē. quā cū portare vellet non posset. itez alia lig supaddit. Qđ exponens sibi aug⁹. dixit. Ethiops q̄ sarcinam collegat est pctoꝝ q̄ pctm̄ peccato addit ⁊ intm̄ ḡuat q⁹ pōdus portare neq̄t. Jō legit de aug⁹. li. confeſ. q⁹ inuenit se lōge esse a deo in regiōe dissimilitudinis. qz deuiauit ad viā erroꝛis a via ꝛitat⁹ Naufragat erroꝛ in h̄ mari mūdi nauigantes. qz in nebula erroꝛ nō pñt hoies venire ad portum salutis. Sz tñ dicūt naturales qñ nebla attracta sursum totalit mouet in aera redit in nubes. ⁊ iō future pluuie est significatiua. qñ ꝛo totalit a radijs sol repcussa deorsum cadit. in suā redit originē ⁊ euanescit. iō purgato aere ꝺ nebula. futurā pfagit veritatem serenitat⁹ Ita ⁊ moralit si errans sursum mouet p supbiā. sic fecit. b. aug⁹. dū fuit in erroe. signū est q⁹ ipm seq̄t pluuia. de q̄ ps. x. ¶Pluet sup pctoꝛes laq. ig. sul. ⁊ spūs p. Sed si descēdit p humilitatez. sequit ipm serenitas sempiterna. Et hec oia p pendit. b. aug⁹. Jō de nubilo erroꝛis exiēs venit ad lucē veritatis. Et h̄ ad pmū. Quantū ad scōm ponit vite sue ⁊ doctrine sequēs lumiositas cū pmittit. Sol refulsit. Ubi est sciēdū p solē b. Aug⁹. recte intelligit. ¶Dzio qz videm⁹ naturalit post dispsionē nebule ⁊ casum sol clarius splendet ⁊ purioꝛ efficit. Jō. b. aug⁹ p⁹ dispsionem erroꝛis pcedentis tam clar⁹ ⁊ pur⁹ est effectus q⁹ i nullū amodo cecidit erroꝛē ⁊ pctm̄. nec carnis nec auaricie neq̄ supbie. q̄ tñ totū mōm deuastāt. Sm illud. j. Joh. ij. Oē q̄ est in mūdo aut est ꝛcupia carnis aut ꝛcupia oculoꝝ aut supbia vite. Et q⁹ null⁹ his sit obscur⁹ peccat⁹ ipemet testat in li. sol. Ubi rō inꝛrogat eū di. q̄d vꝛoꝛ? Nōne te delectat pulc. pudica. mozigerata. pfti si cert⁹ sis nihil ex ea te molestie eē passurū? Rñdet Aug⁹. Quātūlibet vel ea⁹ de pingē atq⁹ cumulare bonis opib⁹ nichil michi tā fugiendū q̄ ꝛcubitū esse decreui. Et subdit Diuitias vllas cupis? Rñdit. Cū trigita ānos agam decē q̄tuoꝝ anni fere sunt ex q̄ ista cupere destitui. nec aliud in his p̄ter necessariuz victuz cogitaui. qz vnus lib Ciceronis mihi facile psuasit nullo mō appetēdas eē diuitias. Et iterū. Quid honoꝛes? Rñdit. Fateoꝛ eos inq̄t mō ac pene his dieb⁹ cupe destiti. Jō de ipo pōt exponi illud Ecci. v. Quasi stella matutina in medio nebule. ⁊ q̄si luna plena in dieb⁹ suis lucet. ⁊ q̄si sol refulgens sic ille refulsit in tēplo dei. Scōo sol est fontale pncipiuz lumis. ipam lunā ⁊ stellas illustrās. qz stelle ⁊ luna a sole lumen recipiūt q̄ radios suos in oēm ptē diffūdit Ita. b. aug⁹. lumen sue sapie in oēs alios diffudit. Juxt illud Job. xxxij. Lumē ipius sup oēs termios ꝛre. Qz reuera oēs doctoꝛes palpitarent in tenebꝛ⁹ iḡrantie nisi haurirēt de fōte sue sapie. Jō refert ¶Possidon⁹ in vita aug⁹. Qꝛ in monasterio qđ elemosyna dꝛ. monachus q̄daz in vigilia. b. aug⁹. raptus in spū vidit nubē splēdidam celit⁹ descendentē ⁊ sup nubē augusti. sedentē pontificalib⁹ insignitū cui⁹ oculi quasi duo sol radij totā illam eccl'am illuminabāt. et odoꝛ inde nimi⁹ exalabat. Nam sm remigium in exponēdo sacras scpturas alij doctoꝛes stell' cōpāt. Aug⁹. aūt soli. q̄a sicut stelle a sole lum recipiūt. ita oēs alij lumen sapie vere a fōte sue doctrine hauriūt. ⁊ ipm lumē demū in alios diffundūt. Jō de ipo pōt exponi illud Mat. vj. Refulsit sol in clipeos aureos h̄ est i alios tres doctoꝛes. q̄ q̄si clipei foꝛtes fuerūt ꝓtra ecclesie inimicos. ⁊ resplenduerūt mōtes ab eis. s. alij plati illumiati sunt ab eis. Btūs etiā Gre. doctoꝛ egregius suos libꝛos annihilat scribens in epl'a ad Innocē. africe pfectū di. Qꝛ expositoꝛ sācti Job vob transmitti voluistis vro studio ꝛgaudem⁹. sed si delitioso cupitis pablo sagiri. b. aug⁹. cōpatriote vri opuscula legite. ⁊ ad cōpatoꝛ illius siliginis nrm furfur nō queraꝛ. Tertio sicut sol est rex oim planetarū. ⁊ cuncti planete hñt respectū ad ipm. Ita. be. aug⁹. est dns doctoꝛ ⁊ doctoꝛ. sicut testat pl'sper. Brissimus inq̄t aug⁹. dns ⁊ caput est oim doctoꝝ Nam sic sol inter cetera coꝛpa hz pmuz locum. sic est iste inter omēs doctoꝛes pmatum tenens Jō gl'osus Hiero. in epistol' vocat eū dnm suū sic scribens ad ipm. Bño sancto suo ac beatissimo patri augustino hieronym⁹. Oi q̄dem tpe beatitudinē tuā eo quo decet honoꝛe venerat⁹ sum. ⁊ habitantē in te dilexi dnm saluatoꝛē Ac b. Remigi⁹ doctoꝛ egregius in q̄dā epl'a btūm Hiero. ⁊ mltos alios doctoꝛes cōmemoꝛās. sic ꝛcludit. Hos oēs doctoꝛes aug⁹. ingenio ⁊ scientia sua vicit. Nam licet Hiero ser milia volumina Origenis se legisse fatet. Iste tñ tāta scp sit vt nō solum dieb⁹ atq⁹ noctib⁹ scribē libꝛos eius q̄s nō posset. sz nec legē quidem occurrat Quia sm volusianū. legi dei deest q̄cq̄d augustinū ꝛtigerit iḡrare. Idcirco ¶Possidonius in epl'a ad Macedoniū de h̄ sic dicit. Augustin⁹ hō celestis pat⁹ patrū. doctoꝛ⁹ doctoꝛum. imago diuinitatis. abyssus sapie. fistula altissona. ꝓe

dicator ꝟitatis.eructator diuinorũ eloquiorũ. ⁊ inq̃sitor ꝓdictorũ. ℣ar angel'in feruore. par pphetis in absconditorũ reuelatõe.par ap'lis i ꝓdicatõe. par martyrib⁹ in martyrij desidera= tione.par cõfessorib⁹ in disciplina⁊ susceptõne par ꝟginibus in ꝓtinẽtie obꝟuatõe. Et subdit Si cũcta mẽbra corpis mei ꝟterent in linguas adhuc nõ essem dignus ⁊ sufficiẽs ad laudãdũ fidei tm doctorẽ.hec ille. Ecce quõ oẽs docto/ res respectũ hñt ad gl'osissimũ ⁊ ꝑcipuũ docto rem augustinũ ipm laudãtes vt regem ac dñm Quarto sicut sol inter oẽs alias stellas clarior est.sicut ptz in vere estate ⁊ autũno vbi tantuz feruet ⁊ inflãmat q hoies a calore exurunt et denigrant. Sic.b.doctor aug⁹.calidior fuit ce teris doctorib⁹ in charitate erga deũ ⁊ primũ. Quia ℣m Gal'li.iij.secretorũ.corpa q̃ sunt ca= loris inimica.sicut ferrũ.si accẽdit fort⁹ ardẽt ⁊ calent. Sic.b.aug⁹.q fuit añ ꝓuersionẽ calo= ris diuine.s.charitatis inimic⁹. postea accẽsus igne feruẽtius ardebat. vt ℣m amb.in lib.ꝑfa. Null'ꝑmissis blandimẽtorũ fallatijs virtuoso ignitus spũ vinceret.qz ita eũ omni genere pie tatis ⁊ feruoris imbuerat vt ipe ⁊ ara ⁊ sacrifi= cium sacerdos ⁊ templũ esset Jõ de ipo dic̃.b. Basilius in q̃dã ℣. Ecce magnific⁹ aug⁹ aure= lius fornax ꝟitatis quẽ nihil sepat a charitate xpi. ℞ si vidissem⁹ fratres q̃to feruore bonos diligebat.malos reꝓhendebat. quanto deside rio captiuos libabat.vere vos dixisse puto Ec ce hõ q̃ cum angel' volat.cũ archangel' cantat. cũ seraphin ardet.cũ thronis sedet. cũ ꝟtutib⁹ opat. Et intm aug⁹.fuit inflãmat⁹ in diuino a= more ⁊ in sancta trinitate q nõ coꝑuit quid cir= ca se ageret. Refert possidoni⁹ cũ q̃dam mler a q̃busdã malicios⁹ iniuriã pateret.ad.be.augl. accessit. vt sup lb eius cõsiliũ implorꝛaret. Que cũ ipm studentẽ inuenisset ⁊ reuerent salutasz ille nec ipam aspexit nec sibi q̃cq̃ rndit. Logi/ tans mler ne forte ob nimiã sanctitatẽ in faciem eius nollet vidẽ. ꝓpius accessit ⁊ negociũ dili/ gent exposuit. Sz ille nec se ad illã ꝓuertit. nec resp̃sum aliq̃d sibi dedit. Jõ illa cum tristicia mag recessit. Alio aũt die cũ aug⁹.missam cele= brꝛaret ⁊ dicta mler intrasset.post eleuatõez cor por] rapta in spũ vidit se positã añ tribunal san ctissime trinitatis.vbi vidit augustinũ facie in= clinata de trinitatis gl'a attẽtissime ⁊ sblimissie disputantẽ.⁊ facta est vox ad eã di.Cũ ad Au gustinũ iuisti.ille sic attente de trinitatis gloria disputauit. ⁊ ido q̃d tibi fuerit penit⁹ nõ aduer tit. Sed ad eũ secure redeas.qz ⁊ eũ clementez inuenies ⁊ cõsiliũ salubre reperies. Aõ cum se cisset aug⁹.ipam benigne suscepit.⁊ consiliũ si= bi salubre donauit. Quinto sicut sol ℣m amb.i hexa.est oibus luminaribus celi maior.⁊ est oculus mũdi.pulchꝛitudo celi.qz illumiat mũ= dum ⁊ pulchꝛificat celũ. Jta.b.aug⁹.est maior oibus in scia alijs doctorib⁹.qz ℣m Jsido.viij. ethimo.mgr̃orum oim studia Aug⁹.ingenio ⁊ scia vicit.⁊ nũc maior est oibus doctorꝛibus in gl'a. Jdeo legit q̃dam deuot⁹ in eccl'a sci ℣e tri rome pnoctaret.vidit.b.Gregorijũ cũ q̃bus dam alijs ad se venire.interrogauit aũt euz q̃s esset augustin⁹.ab eo rñsum accepit Augusti⁹ de q̃ tu q̃ris excellentissimũ locũ supꝛa nos ob= tinuit. Est etiã Aug⁹.oculus tenebꝛosi mundi. qz tam luminosa est eius doctrina.q oĩs q̃ vol uerit ab ea dirigit ⁊ illustrat.qz ℣m paulinum in epl'a.sicut sol sup omia lucẽtia lucet. sic Au= gustin⁹ doctor sup oẽs ascendit ⁊ volauit Naz ceteri doctores pauca de trinitatis potentia di xerunt. Aug⁹.aũt subtilius volãs oia reꝛauit. Jpe em est ꝓfunda fluuiorũ scrutat⁹ ⁊ abscõdi ta ꝓduxit in lucem.vt hr̃ Job.xxviij. Jõ põt dicere cum Job.Oculus fui ceco pes claudo. Job.xxix. Nunc igit tu heretice q̃ errabas cir ca sanctã trinitatẽ. sicut testat ℣paulin⁹. Ecce augustinũ oculũ mũdi q tibi omia plane resera uit ne in omibus te contingat oberrare. Est siq dem sanctissim⁹ aug⁹.pulchꝛitudo celi.qz sua i mensa gl'a purificat celicas mãsiones resides gl'ose iuxta sanctã trinitatẽ.sicut testat paulin⁹ ad macedoniũ di.Augustinũ ꝓiunctũ sancte et indiuidue trinitati p ꝓtemplatoz nullaten⁹ du bitem⁹ ammirãtes sup his que loq̃bat alta vo ce loquens. Btũs venter q te portauit.⁊ bñdi ctus fructus quẽ dñs fidelib⁹ donat.benedict⁹ ℣mo oꝛis tui. Aõ ꝓbat in exemplo. Legitur q q̃dam in spũ raptus esset.⁊ sanctos in gl'a ꝓspe xit.beatũ augustinũ aũt inter eos vidit. q̃ cum de lb miraret.dictum est ei.Aug⁹.resident in ex celsis. vbi disputat de gl'a excelse trinitat. Se xto sol habet in istis inferioꝛibus magnã ꝟtu tem.s.renouatiuã.qz pozos terre aperit.⁊ ꝟtu tem latentẽ in radicibus ad actũ ꝓducit.⁊ sup ficiem terre floꝛibus renouat. Jta.b.aug⁹.ma= gnam ꝟtutem circa hoies terrenos habz ipsuz inuocantes.qz sanitatẽ ꝓditam renouat his q̃s frigus hyemis marcidos fecerat. Jdeo recitat ℣possidoni⁹ in li.de vita augl.q circa annum dñi.dcccclxij. viri q̃dam grauit'infirmi numero plusq̃z.xl.de germania ⁊ gallia romam ibãt ad apl'oꝛ limina visitãda. Quoꝛũ q̃dam in ẽra scã nis curui se vehentes. Alij cũ bacul'se sustentã= tes. Alij ꝓuatis ocul'post alios se trahẽtes. alij ꝓtractas manus ⁊ pedes habentes pergebant q̃ mõtes transeũtes.ad locũ q̃ dꝛ carbonaria ꝑuenerũt. Cũ aũt pene ad locũ qui dꝛ chana ve= nissent q̃ tribus miliaribus a papia distat. san ctus aug⁹.pontificalib⁹ indutus de q̃daz eccl'a sanctorũ Cosme ⁊ Damiani cõstructa exiẽs eis apparuit.eosq salutãs quo tenderẽt req̃siuit. Et cũ illi responderẽt q romam tendereut. ille

adiecit. Ite papiã ⁊ de cenobio sancti petri qđ dr aureũ celũ interrogate. ⁊ ibi miscdiam habe bitis quã optatis. Qui cũ eũ de nomie interro gassent. ego sum iqt Aug⁹. quondã hyponeñ. epũs. statimq; ab ocul' eorũ euanuit. Illi autez papiã pgentes cum ad dictũ monasteriũ venis sent. ⁊ ibi corpus. b. augl. qescere didicissent. ce perũt omẽs voces leuare ⁊ vnanimiter clama re. Sãcte augustine adiuua nos. ad quorũ cla morem monachi ⁊ ciues excitati. ad tam grãde spectaculũ cõfluebant. Et ecce ex neruor distẽ sione sanguis m'tus effluere cepit. ita vt ab in troitu cenobij vsq; ad tumbaz sancti augl. tota terra videbaf sanguie aspsa. Cũ aũt ad sepul chrũ. b. augl. venissent sunt sanati ⁊ restituti in tegre sanitati. ac si nulla lesio in eor corporib⁹ extitisset. recte sicut videmus de sole q floscos restituit ad statũ pstinũ. ac si p frigus nũq; de perijssent. Et hoc qtum ad secundũ.

Sermo secũdus de eodem.

Sint lumbi vestri pcincti ⁊ lucerne ardẽtes in manib⁹ ve stris. ⁊ vos simes hominibus expectãtibus dñm suũ qñ reũtaf a nuptijs. Lu. xij. Ogr li. vij. p pheta. dicit q circa varias infirmitates prudens medic⁹ indiget maxia circũspectõne ⁊ cautela. qr nichil magis impedit salutẽ infirmorũ q̃ ignorantia ⁊ negligẽtia medicorũ. Nam diũsi morbi diũsas hñt causas ex qbus oriunf. Aliq; em ex cã calida qui sũt medẽdi p frigida. vt aquã rosaceã vel ptisinã. Aliq; ex cã frigida ⁊ illi sũt medẽdi p calida. vt si stomach⁹ est infrigidat⁹ applicãdũ est zinzib. cariophili. galganũ. citu arium. ⁊ sic de alijs. Spũal'r p infirmitatez aut morbũ intelligit peccatũ qđ infirmã facit aiaz ⁊ debilẽ ad bñ opandum qđ coguit dauid rex cũ dixit ps. vj. Miserere mei dñe qm infirmus sum. s. in aia. sana me egrotũ ⁊ peccatorẽ dñe. qm̃ pturbata sunt oia ossa mea. b ẽ robur aime mee. Et horũ peccatorũ aliq; oriunf ex calido. vt luxuria q̃ generaf in iuuenibus q̃ sunt calid nature. sicut ptz in. b. augl. q̃ in sua adolescẽtia fuit lubcus ⁊ filiũ genuit Deodatũ noie. Aliq; aũt peccata surgũt ex frigido vt sunt illa q̃ ex tincta charitate cõmittunf. vt supbia ⁊ auari cia ⁊c. Jõ oportet spũalem medicũ esse cautuz vt ptraria cõtrarijs curet. ⁊ b̃ pcipit in. c. qđã q̃ sp sacerdos dz inungere pniam ptrariã pec cato. vt luxurioso iniũgat carnis maceratõem supbo oratõz humilẽ. auaro elemosynaz largi tionẽ. accidioso pegrinatõz. guloso abstinẽtiã Jdcirco etiã prudẽtissim⁹ medic⁹ nr̃az aimaz iesus videns cõmunit mũdanos esse ad luxuriã inclinatos apponit medicinã ptrariã. s. lũborũ pcinctõez. cũ dicit in vbis ppositis. Sint lũbi ve. pcin ⁊c. In qbus docet nos expectare fina le iudiciũ p tria. Primo p corpis maceratõz ⁊ castitatẽ. ibi. Sint lum. ve. pcin. Secõo p pmio rum honestatẽ. ibi. Et lucerne ardẽtes. Tertõ p phorum fuorũ q̃litatem. ibi. Et vos similes Primo sciendũ fm Ari. Auicẽ. ⁊ Solinũ. aia- L. lia q̃ sunt incõtinentia ⁊ incasta vitã abbreuiãt sicut b̃ declarat de passere q̃ est valde libidino sus. iõ non diu viuit. Sed aialia casta econtra hñt vitã diuturnã. sicut ptz de elephãte. sic dic Ari. q nullum aial ita diu viuit sicut elephas. ⁊ b̃ ppter sui ptinentiã. Idem patz de fenice q̃ se nõ miscet p coitum. ideo viuit ad annos. ccc. vel q̃ngentos. Horal'r p aialia incasta intelli gũtur hoies incasti. ⁊ ipi spoliãt se vita eterna vt sunt hoies ex coniugiũ fornicãtes. de qbus dicit aplus. j. Chor. vj. Nolite errare neq; for nicarij neq; adulteri regnũ dei possidebunt ⁊c sed vt dicit ad Heb. xiij. Fornicatores ⁊ adul teros iudicabit. i. qdemnabit dñs. qđ pbat Ui cen. in spe. histo. xxvj. li. c. xxj. de papa Bñdi cto q̃ a pmordio pontificat⁹ fuit in sceno luxu rie pversatus. iõ post mortẽ apparuit cuidã iu xta molendinã equo insidẽti in specie animalis mõstruosi hñs caudã ⁊ aures asini. ꝛ cetã mẽ bra erãt vrsi. Cũq; ille fugã iniret clamauit mõ strum illo mõ. Vir noli expauescẽ. scito me ho minem fuisse sicut tu. sed qr luxuriose ⁊ bestia liter vixi post mortẽ speciem bestie portare me rui. Ad quẽ ille. Quis tũ fuisti? Ego fui ille so lo nomie Bñdictus. q̃ sp sed, em apostolicã in digne obtinui. Cui ille. Q, uã habes retributõz nunc vsq; in finẽ iudicij? Rñdit. Per squalen tia loca sulphurea ⁊ fetida ⁊ bulictia raptim p trahor. post extremũ iudicium ppetuo inferno torqbor. Sed, p aialia casta intelligũt hoies ca sti. ⁊ isti hãbebũt vitã in patria diuturnã. quia dr in av, cetico de lenonibus. l. sancim⁹. colr. iij. Sola castitas ⁊ mũdicia placabil' est deo. Cui regale psonat Jsi. dicens. Castitas hoiez celo iungit ⁊ angelorũ ciuem facit. Idcirco dñs ge neralit omẽs hortaf ad castitatẽ dicens. Sint lũbi vr̃i pcincti. q. d. si vultis in regnũ introire necesse est lũbos vestros p ptinentiã vos pcin gere. sup quo vbo dicit. b. Greg⁹. in ome. Lũ bos pcingimus cũ carnis luxuriã p ptinẽtiam coartamus. Est tñ notandũ q̃ duplex ẽ cincto rium Primũ est ptinentia a superfluitate volu ptatũ. de quo pcipue loquit hic dñs cũ dicit. Sint lũbi ve. pcin. Quo cinctorio pcinct⁹ fuit b. aug⁹. q̃ vt refert Possidoni⁹ post suã cõuer sionem nũq; cũ mlere solus loq volebat. nisi se cretum aliqđ interesset. Nec vnq; aliquã femi narum nec etiã germanã sororẽ. aut fratris sui filias q̃ deo parit fuiebant secũ habitare pmi sit. Sed dicebat. q ⁊ si forte vel neptib⁹ nulla mali suspitio possit oriri. tñ qr tales psone sine alijs sibi necessarijs esse nõ possunt. Et etiã hãc

voluptatē totaliē cōtempserit. vt cōcubitum. patz in li. ꝓfeꝝ. vbi q̄rit rō dicēs. Quid vxor? Nonne te delectat pulē pudica ⁊ morigerata? diues p̄ꝫtim si certus es nihil ex ea te molestie passurū esse. Et rn̄dit aug⁹. Qtūlibet eam velꝫ depingere atq; cumulare bonis oib⁹ nichil mihi tam fugiendū esse q̄ cōcubitū decreui. Sed q̄rit rō. Non ego q̄ro q̄d decreueris. sed vtruz adhuc alliceris? Et rn̄dit aug⁹. Porro sus nihil in hmōi q̄ro. nihil desidero etiā cum onere. horroze ⁊ aspernatōe talia recordor. Idem hꝫ in libello de ꝓflictu vitiorū ⁊ ꝟtutū. c. xxij. vbi dic. ad ip̄m voluptas carnis. Cur in voluptate tua non modo delectaris cū te q̄ sequaꝫ ignozes. acceptū tps in desideriꝭ pdere nō debes. quia q̄cito ptranseat nescis. Si em̄ de⁹ in voluptate coitus hoiem misceri nollet. in ipo hūani generis exordio masculū ⁊ feminā nō fecisset Cui rn̄dit aug⁹. tanq̄ cōtinens. Nolo inq̄t te ig̃rare q̄d post hanc vitā recipias. Si em̄ caste ⁊ pie vixeris sine fine gaudeb. Si ꝟo impie ⁊ luxuriose. eternis incendiis subiaceb. Inde em̄ magis caste viuere debes. vñ q̄ cito tps acceptū transeat q̄ te ignozare dicis. Adq; in exordio hūani generis masculū ⁊ feminā ꝓcreasse fateris. ⁊ mutuis se amplexibus misceri debēt oino verū dicis. sz qz nubendi licētia q̄busdā tribuit. hꝫ est ꝟginalem castitatē vel viduālē neq; q̄ꝫ ꝓfiteri. Quibusdā aūt nō tribuit sicut q̄ ꝟgines vl cōtientes esse decreuerūt. Fornicatio ꝟo nulli impune cōcedit. q. d. qz ego voui ꝓtinentiā. ideo nō debeo me resoluere in corpis ꝓcupia ⁊ luxuria. Sed sic nō faciunt mō nr̄i sacerdotes. tā em̄ p̄cingunt lumbos in maio sicut asini habitātes cum exneis mlꝛibus ⁊ ꝙersantes eis dicētes Ego extraneaꝝ mlꝛum familiaritatē habeo'. ⁊ tñ ornamēta castitatis custodio. q̄b⁹ dic aug⁹. in li. de familiaritate extra. mu. Attendāt hi q̄ꝫ infelix ⁊ piculosa sit ista p̄sumptio. mlti em̄ cū putabant se vincē sunt victi. Et subdit. Vñ te putabas hr̄e triumphū. eternū incurris supplicium. Caue igit̄ ne te falsa securitate decipias. nec de tuis viribus p̄sumas. Periculose enim dauid p mille passus vidit mlꝛem ⁊ statim homicidiū simꝫ fecit ⁊ aduiteriū. hec ille. Scōm ciprozū est abstinētia qua p̄cingimur a superfluita te cibozū. quo p̄cinct⁹ fuit sīr. b. aug⁹. qui raro vsus est in mensa sua leguminib⁹ nisi ppt̄ infirmos ⁊ rarissime carnibus. nisi ppter hospites. Refert etiā possidonius q̄ vitā eius scripsit Ꝙ aug⁹. q̄dam vice quosdam suos familiares ad prandiū vocaret. vnus illoꝝ curiosioz ceteris coquinā ingressus est. cūq; oia frigida repisset reūsus ad augustinū inꝛrogauit q̄d cibozū prā suris ip̄e pr̄familias ꝓparasset. Cui aug⁹. Neq; q̄ꝫ taliū epulaz curiosus rn̄dit. Et ego vobiscū nescio. Nō em̄ q̄siuit lauta cibaria superflua ⁊ delicata. Idcirco quantū ad gustū q̄rit rō in li. so li. di. Quid de cib? Et rn̄dit aug⁹. Siue de potu siue de cibo siue de balneis siue de ceteris corporis voluptatib⁹ nihil interroges. tantū peto ab eis quantū in valitudinis opem p̄nt ꝓferri. Et in li. ꝓfeꝝ. legit̄. b. aug⁹. de modica delectatione quā in comedendo sentiebat se accusasse. di. Si me docuisti vt quēadmodū medicamēta sic accedā alimēta sumptur⁹ ⁊c. Et hꝫ ad p̄mū. Quātū ad scōm docet dn̄s expectare finale iudicium p p̄miorū honestatē. Circa q̄ notādū b. Hre. in ome. ⁊ hr̄ transumptiue in cano. xxij q. v. c. de forma. Non em̄ inq̄t sufficit mala nō facere. nisi q̄s bonis opibus studeat insudare. Recte em̄ sicut arbor q̄ staret in horto ⁊ nemini noceret. si nō faceret fructū eam nō laudaret ortulan⁹. vel fortassis deiceret ip̄am vl succideret. ⁊ in ignem p̄iceret concremandā. Sic etiā est de hoie q̄ licet nulli noceat nō tñ ob hꝫ saluabitur. sed necesse est vt lucētia opa habeat. Jō subdit dn̄s. Et lucerne ardētes. s. bone opationis quo ad simplices. vel sancte p̄dicatōis quo ad sacerdotes. Et he sunt lucerne ardētes i manibus vestris. Hoc dictū dn̄icum solerꝫ perpē dit. b. aug⁹. qz statim in p̄ncipio sue ꝙersiōis ab opibus incepit bonis. qz incepit a feruenti dilectōe. Ꝝm q̄d dicit in li ꝓfeꝝ. Sagittauas tu cor meū charitate ⁊ gestabam ꝟba tua trāssixa in visceribus meis. Incepit stati a dulci deuotiōe. Jō subdit. Nec satiabar in ill⁹ dieb⁹ dulcedine mirabili ꝓsiderare altitudinē consilij diuini sup salutem generis hūani. Quantū fleui in hymnis ⁊ cāticis tuis. suaue sonātis eccl̄e vocibus cōmotus acriꝫ voces ille influebāt auribus meis. ⁊ eliq̄bak veritas tua in cor meuz. et currebant lachryme ⁊ mihi bñ erat cū ill'. Incepit a pfecta cōtinuatōne. qz q̄tidie in dei amore ꝓficiebat. vt ip̄e refert in lib. ꝓfeꝝ. Inueni me lōge esse a te in regione dissimilitudis. tāq̄ audirē vocem tuā de excelso. Cibus sum grādū cresce ⁊ manducab me. nec tu me mutab in te sicut cibū carnis tne. sz tu mutaberis in me Incepit statim etiā a bonoꝝ opatōe. Nec lucernam ardentē siue accēsam posuit sub modio. sed in africana ꝓuincia exercitabat se circa corpis maceratōz. circa deuotā oratōz. circa librorum cōscriptōz. ⁊ circa indoctoꝝ eruditōz. sicut hꝫ in legenda. Sic discant laici vt sint feruētes in dilectōe dei ⁊ primi. ⁊ dulces in deuotōe. pfecti in ꝓtinuatōe bonoꝝ. ⁊ diligēti opatōne. vt sic portent lucernas in manibus. Et hꝫ docuit aug⁹. exemplo ⁊ ꝟbo. Quia dicit in ome. Quātū possumus fructū mystice afferre studeamus timentes illud Mat. vij. Omis arbor q̄ non facit fructū excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄. Hec sn̄ia euidēter ostendit q̄ nō solū malū fecisse. sed etiam bonum non egisse damnabl̄e est. hec ille. Scōo in

statu sacerdotali lucernā portauit humilitatis qz inuitus est in sacerdotē ordinatus ad hoc se estimās indignū sicut ipe ꝓbat scribens in epistola ad valerianū. Nihil in hac vita ⁊ maxie i hꝫ tpe est difficilius ⁊ laboriosi⁹ epi aut ꝑsbyteri officio. sed apud deū nihil beatius si oino militetur sicut nr̄ impator iubet. Quis aūt sit modus nec ex puericia mea nec adolescētia mea dixi. sed eo tpe quo discere cepera. vis mihi facta est merito peccatorū meorū. nā q̄d aliō estimem nescio vt secūdus locus gubnaculorū mihi traderet q̄ mīmū tenere nō noueram. Tanta etiā luxit humilitate vt nullos honores appetereꝛ. sicut ptz li. so. vbi rō q̄rit ab eo dicens Putas an honores desideres? Rñdit. Fateor hos mō ⁊ pene his diebus cupe destiti. Vestes etiā supbas nō habuit. qz refert Possidonius q⁹ aug⁹. ipe de se dixerit. Fateor de p̄ciosa veste erubesco. ⁊ ideo cū dat mihi vendo eam. vt qz vestis nō pōt esse cōis. p̄cium sit cōe. Porta uit deniq; sanct⁹ aug⁹. lucernā sancte p̄dicationis ⁊ doctrine veritatis. vt de illo exponi posit illud Ecci. l. In diebus ipius emanauerunt putei aquaruz ⁊ q̄si mare adimpleti sunt vltra modū. Iste puteus est sacra scriptura. q̄ adeo est ꝓfunda. vt añ aduentū huius doctoris vix alioꝫ de hoc puteo aquā p̄dicatōis ⁊ doctrinarum possit haurire. Sed veniēte aug⁹. emanauit eius doctrina ad instar putei. qz de occulti sacre scripture sensibus doctrinas salutiferas docebat. Jō de ipo dicebat Job. xxviij. Profunda fluuiorū scrutat⁹ est ⁊ absc̄dita ꝓduxit in lucē. Emanauit etiam eius doctrina ad instar maris. qz sicut a mari fluūt ⁊ emanant oēs fontes ⁊ flumia. sic a doctrina aug⁹. emanant ⁊ originem hñt oīm sequentiū doctorū expositōnes ⁊ dicta. Refert etiā Cum. b. Berñ. q̄dam vice in matutinis existeret aliq̄tulū dormiuit. ⁊ cū de q̄dam tractatu augustini lectio legeretur. vidit quendā iuuenē pulcherrimū ibi stantez. de cui⁹ ore tant⁹ inundātiū aq̄z impet⁹ exibat. q⁹ totā illam eccl̄am implere videret. q̄ augustinū esse nō dubitauit. q̄ aq̄ sue doctrine totā eccl̄am irrigauit. Jō exponi pōt de ipo illud Esaie. xj Repleta est terra scia dñi sicut aq̄ maris operientis. Ipius etiā doctrina emanauit vltra modum. qz nō vnū locū tm̄. s. sacre scpture exposuit. imo fere oia loca inq̄siuit. ⁊ nihil indiscussuz reliq̄t. ita vt sibi cōpetat illud. iij. Re. iiij. Biputauit sup lignis a cedro q̄ est in libano vsq; ad Isopū. q̄ egredit de pariete. ⁊ disseruit de lumentis ⁊ volucrib⁹ ⁊ reptilib⁹ ⁊ piscib⁹. Per cedrū intelligit altitudo dinitat⁹. p isopū intelligit hūilitas hūanitat⁹. Disputauit ꝫ a cedro ad isopū. hꝫ est ab altitudie dinitat⁹ ad hūilitatē hūanitatis. Fecit em̄ librū de ciuitate dei quasi de cedro dinitatis. ⁊ de incarnatōe vbi q̄i de isopo hūanitatis. Disseruit etiā de iumētis hꝫ ē de vicijs peccatorū. q̄ sunt iumēta ſm ps̄. xlviij hō cū in honore esset nō intelle. ⁊c. vl̄ de virtutibus sanctoz q̄ etiā dicunt iumēta dei. dicente ps̄. lxxij. Ut iumētū fact⁹ sum apd te. quia fec̄ vnū tractatū de ꝓflictu vitioz ⁊ virtutū. Disseruit etiā de volucrib⁹. i. de dignitate angelorū ⁊ gl̄a sanctorū. q̄ volant pennis amor⁹ ⁊ contēplatōis. Et sil̄r de reptilib⁹. hꝫ ē de diuitijs auarorū q̄ repunt circa terrā p amorē diuitiarum. De piscib⁹. i. de penis dānatorū ⁊ demonuz. q̄ sp̄ sunt in aq̄s damnationū. Jō ꝓlaude gl̄osissimi doctoris ꝑsper li. iij. de vita ꝓtēplatiua i q̄t. Sanct⁹ Aug⁹. eps acer ingenio. suauis eloq̄o. secularis litterature ritus. in eccl̄asticis laboribus operosus. in quotidianis disputatōib⁹ clarus. in oi actōe sua cōposit⁹. in q̄stionib⁹ soluendis acut⁹. in ꝓuincēdis hereticis circūspectus in expositōe fidei nr̄e catholic⁹. in explanandis scripturis canonicis cautus. hec ꝑsper. Ita discant sacerdotes de hꝫ lumine gl̄osi. q̄tenꝰ exemplo sui sint hūiles. qz sacerdotium est dignitas maxia. iō humiliari debēt in omibus. ſm illud Ecci. iij. Quāto maioz es hūilia te in oib⁹. ⁊ inuenies gr̄am coz̄ deo. Nec debēt appetere vestes nimiū p̄cioſas. Jō p̄cipit eis de vi. ⁊ ho. clericoz. Clerici ne pannis rubeis vel viridib⁹ vt̄ ſz laborēt in vbo dei. Et hꝫ quo ad scōm.

Sermo ꝑmus de decollatōne Johis bapti.

Herodes tenuit et vinxit iohem in carcere. Ita scribitur Mar. vj. Isi. li. xij. dicit. Vulpis inter oia aīalia fraudulentissimū aīal inuenit. qz gallinis et ceteris auibus est valde inimicū. Cū em̄ esurit subito excogitat astutiā currēs ad locū vbi agricolam nouit scit arasse. tacēs q̄si mortua. nō se mouēs. nec anhelitū sensibilit extrahēs. Ipsa q⁹ sic iacēte. veniūt cornices aueſq; ꝓsiles. cadauer estimātes. Cum aūt aues sup se senserit subito vnā vel duas rapit ⁊ occidit ⁊ transglutit. Spūal̄r p vulpē hoies fraudulēti designātur. q̄ q̄tidie bonis ⁊ simplicib⁹ hoibus malum machinant̄ sub simulatōe bonitatis. Quia dic Cicero. xl vij. ethy. Maxim⁹ fallendi dolus inferendiq; in simulatōne adulatōneq; ꝓsistit. Quia legit̄ figuratū. ij. Re. xx. de quodā milite fraudulēto Joab q̄ fuit in curia dauid. hꝫ obtē fraudulēto Joab q̄ fuit in curia dauid. hꝫ obtē uiam habuit quendā milit̄ fidelem cui amasa nomen. ⁊ fuit coḡtus suus. qz erat de duab⁹ sororibus. sic̄ dr̄. ij. Re. xviij. hūc salutās adulatorie dixit. Salue frat̄ mi. Et tenens manu dextra mentū ei⁹ q̄si vellet dare osculū ei sz̄ interea dispos̄uit (vt dicit Rabisalomō) vt sibi caderz gladi⁹ de vagina. nec tardaret amasa vt leuarz de terra. ad reponendū in vaginā. ⁊ sic nō obuauit gladiū ei⁹. Joab aūt fraudulent̄ p̄cussit

eũ in latus ꝛ eius viscera effudit. ꝛ ille ꝓtinus expirauit. Talꝫ fraudulentꝰ ꝛ vulpinꝰ fuit rex herodes antipas quẽ ꝛ dñs Lu. xiij. vulpi cõparat dicẽs. Cũ q̃daꝫ ex phariseis venerũt ad xp̃m dicẽtes. Exi ꝛ vade hinc qꝛ herodes vult te occidẽ. Ite inq̃t ꝛ dicite vulpi illi Ecce eiꝯcio demonia ꝛ pficio sanitates. Hic vulpis simulauit se tristẽ ꝓpter iusiurandũ ꝛ tñ de morte sanctissimi Iohis cogitaut. qꝛ ꝑm ꝑetrũ in scol'. histo. Credibile est qꝫ herodes cũ vxore sua de nece iohis sub tali occasione faciẽda ꝑpus secreto tractauerit. Idem sentit. b. Hiero. in glo. super Mar. vj dicẽs. Iõ forte iurauit vt occasionem occidẽdi inueniret. Iõ etiã posuit eũ i carcerem. vt attestaꝝ ꝙba thematis. Herodes tenuit ꝛ vinxit iohem. In q̃bus ꝙbis passio Johãnis describit quo ad tria. ꝑmio ad auctoꝛez q̃ fieri mãdauit. ibi. Herodes. Scõo ad ordinẽ ꝛ ad modũ quẽ fuauit. ibi. tenuit. Tertio ad ꝓ ditõz psone q̃ sustinuit. ibi Iohem. Be ꝓmo est notandũ Nico. de ly. sup mat. in glo. dicẽ fuisse tres herodes noie vocatos. ꝑimꝰ in iudea fuit institutus rex iudee a romanis cuiꝰ pater fuit idumeꝰ. iste vocatꝰ erat ascolonita. q̃ occidit pueros innocẽtes. vt hr̃ Mat. ij. Scõus fuit Agrippa filiꝰ aristoboli q̃ occidit Jacobũ. ponens in carcere petrũ. vt hr̃ Act. xij. Tertiꝰ fuit antipas filius herodis Ascolonite. ꝛ iste fuit auctoꝛ hꝰ sceleris q̃ iohem decollari mandauit illud eñ ortũ ex ꝫ habuit. Refert ꝑetrꝰ comestoꝛ in scol'. hi. qꝫ iste herodes antipas filius magni herodis romã ꝓficiscẽs. ꝛ p fratrẽ suũ phi lippũ transiẽs cũ herodiade vxore philippi. et ꝑm iosephũ sororẽ herodis agrippe. secreto pepigit. qꝫ in reditu suo vxoreꝫ suã repudiaret. ꝛ ipam in ꝓiugẽ duceret. qꝺ vxorẽ suam arrethe regis damascenoꝝ filiã mime latuit. ꝛ iõ nõ expectauit viri reditũ. sed ad ꝑem ꝯtociti festinauit. Rediens q̃ herodes herodiadẽ ꝑhilippo abstulit. ꝛ arrethã regẽ ꝛ herodẽ agrippam ꝛ philippũ in sui inimicicia concitauit. Sed cũ Iohes ipm argueret ꝑm legẽ. quã accepat fratris vxorẽ. ipo viuẽte sibi mime liceret hr̃e. Et qꝛ ꝑm Chryſ. incurrit odiũ q̃ arguit crimiosos Et ꝑm cõe puerb. Qui veritatẽ loq̃t caput sibi ꝓtundit. Iõ herodes videꝫ qꝫ ipm arguerꝫ ꝛ qꝛ ꝓpter ꝑdicatõz ꝛ baptismũ (ꝑm iosephũ) magnũ ppm cõgregaret. vxori volẽs cõplacẽ ipm in carcereꝫ vinculauit ꝛ occidẽ voluit. sed populi sequẽtis iohem dispẽdia ptimescẽs nõ ausus fuit. Sic adhuc mti timentes dispendia corpis ꝛ penas peccare nõ audẽt. vel sic malũ ꝑpetrare plus formidãtes hoies q̃ deũ. ꝛ illi si miles sunt herodi. Be q̃bus Isi. li. ethy. Aliꝺ est nõ peccare amore dilectõis dei. aliud timore supplicij. Ille itaq; mercedem boni opis ꝑcipit q̃ amando iusticiã facit. nõ is q̃ eaꝫ solo metu penarũ inuitus custodit. Be siderantes igit herodes patꝛ ꝛ herodiades occasionẽ aliquã inuenire. vt iohem possent occidẽ. videnꝝ in secreto dixisse vt herodes nataꝫ sui diem corazꝫ ꝑmis galilee ꝓncipibus celebraret. ꝛ puelle saltãti filie herodiadis q̃cq̃d petierit se daturũ iuramento ꝓfirmaret. ꝛ ipa matre iubente caput iohãnis petẽte. illud ꝓpter iuramentũ sibi factũ eũ tribuere oporteret. Sed de iuramento facto se simularet ꝓtristari Et qꝫ fuit simulatõ patꝛ ex illo. qꝛ si illa patris vꝫmris interitũ postulasset herodes vtiq; nõ cõsensisset. Ordinato igit cõuiuio puella adest. coram oĩbus saltat. omibus placet. rex sibi iurat q̃cq̃d peteret se daturũ. Et illa ꝑmonita a mr̃e. caput iohis postulauit Bz ꝙsipell' herodes ꝓpter iusiurandũ se ꝓtristatũ simulauit. eo qꝫ (vt dicit Raban') temẽ iurassz qõ facere oporteret. Sz tristiciã ꝑferebat in facie. cũ leticiã haberet in mẽte. Excusauit scelus iuramẽto vt sub occasiõe impietatis fieret piꝰ. Iõ spiculatoꝛ mittit. caput iohis ꝑscindit. puelle dat. ꝛ puella mri adultere ꝑsentat. Super his amb. ꝓquerit. ꝛ Joh. Cry. sup euangeliuz Mat. Hodie inq̃t iohis ꝙtus herodis feritas refert. ꝓfusa sunt viscera. corda ꝓtremuerunt. caligauit visus. ebetauit sensus. aufugit intellectus. Et subdit. Johes schola ꝙtutũ. mgr̃ vite sanctitatis forma. norma iusticie. ꝙginitatꝫ speculum. pudicicie titulus. castitatis exemplum. pnie via. peccatoꝝ venia. fidei disciplina. Johannes maioꝛ hoie. par angel'. legis sũma. euãgelij sanctio. apl'oꝝ vox. silentiũ ppbaꝝ. lucerna mũdi. ꝑcursoꝛ iudicis. xp̃i melos. dñi testis totius medi trinitatis. Et hic tantus daꝫ incestuose. tradit adultere. adũcit saltatrici. Queri to ꝯ cõfusa sunt viscera. corda tremuerunt. hec Chryſ. Et ꝫ quo ad ꝑmũ. Quantũ ad scõm describit ordo quẽ fuauit herodes. ꝑimo misit mistros ad capiendũ Johem. Scõo tenuit eũ. Tertio vinxit eũ. Quarto posuit eũ in carcerẽ. Quitũ supaddit qꝫ eũ decollauit. Ex quo patꝫ qꝫ ipe inter ceteros martyres dignioꝛ fuit merto. Quia ceteri martyres solũ passi sunt ꝑ fidei veritate. sed ipe passus est ꝑ castitate quã sua debat dicens ad herodẽ. Mar. vj. Nõ licet tibi hr̃e vxorem fratris tui. Et nõ tm̃ fuit dignioꝛ merito inter martyres. imo apl'os. qꝛ apostoli mistrabãt xp̃o in acq̃sitõe ppl'oꝝ. Johes aũt in acq̃sitõe apl'oꝝ. qꝛ tres discipulos Andreaz ꝑetrũ ꝛ ꝑhilippũ ꝑus ad xp̃m misit ꝛ ei adherere ꝑsuasit. Joh. j. Etiã inter meritũ confessoꝝ ꝑmatũ obtinet. nam inter oẽs asperioꝛ ivestitu. partioꝛ in victu. secretioꝛ in incolatu. que vitã reddũt ꝑfectã cõfessoꝝ. Nam de victu eiꝰ scribit Mat. iij. Qꝫ esce erãt locuste ꝛ mel silvestre. Sup quo dicit glo. qꝫ locuste sunt auicule parue q̃ nascunꝝ de humoꝛibꝰ maris. aliq̃ quo

Sermo

peccatozes si ille ỽgines sibi occurrũt p pecca
tozes rogando. veraciter xp̃s eis cedit. peccato
ri indulgendo. qz oratones q̃ fiunt p eis dulci
ter sonant in aure domini. Sicut ꝓbat in simi
li. dicit Theo. in breui. dñi ar. Serenitatis qui
dem tempoze campanas quas igni traducẽdo
fundim⁹ dulci⁹ resonabũt. Cuius ratio ẽ. Naz
sereno existente aere. tota p ignẽ euapozat sul
phureitas de metallicis cozpib⁹. vt ait Theo
frastus. Sic ⁊ in tpe ỽginitatis ⁊ mũdicie pze
ces quas fundũt he sanctissime ỽgines dulcit
resonabũt in aurib⁹ pietatis. Quia dic Cipria
nus lib. de monastica vita. Q̃diu q̃s castitate
pollet ozatio eius dulci⁹ intonat apõ deuz. Et
ideo qz p nobis sedule exozant. debemus eas
honozare. quia vt dignũ est ipi volũt honoza
ri. Nõ ptz exemplo Abbas q̃daz ab abbatissa
Colonie. cozpus vni⁹ ỽginis impetrauit. pro
mittens q̃ ipm in capsa argẽtea in sua eccl̃esia
collocare vellet ⁊ digne honozare. attamẽ ad i
tegrũ annũ sup altare in capsa lingnea posuit:
nec ꝓmissum ipleuit. Quadã igit nocte dũ ab
bas monasterij cũ suo cõuentu matutinas de/
cãtaret. virgo illa cozporaliter ꝺ altari descen
dit. ⁊ reuerẽter inclinãs p mediũ chozz videti
bus monachis ⁊ stupentibus inde recessit. Ab
bas ergo ad capsam currẽs ⁊ vacuaz inueniẽs
coloniã ꝓperauit ⁊ abbatisse rei ozdinẽ intima
uit. pgensq̃ ad locuz vñ caput sumpserat ibi
dem inuenerũt. abbas aũt veniã petẽs certissi
me ꝓmisit capsam p̃ciosam se citi⁹ facturũ. sed
nullo modo impetrauit.

De Simone ⁊ Juda aplis sermo

Bti sũt due oliue

⁊ duo cãdelabra lucẽtia añ dñz Apoc. xj. Alcabiti⁹ in theorica planetaꝝ sic inq̃t. Benigni benignũ habẽt planetã sue nascẽtie atq; mortis. q. d. oẽs hoies benigni nati sunt sb benignis planetis. Cui⁹ ratio est qz q̃dã planetarũ sint maliuoli. s. mars ⁊ saturnus ⁊ q̃ sub his nascunt sunt ad maliciã naturaliter inclinati. Quidã ꝙo sunt benigni vt ven⁹ ⁊ sol, ideo benignos faciũt effect⁹. Uersus. Ue[illegible]is h̃ natus cunctis exstat bene grat⁹ Quasq; laudabiles ꝛtutes hic tenet in se. Mystice xp̃s ẽ oiuz benignissim⁹ et mitis. qz dicit Orig. sup Esa. Tanta ẽ benignitas saluatoris vt magis mitietur in dãnatione peccatoris q̃ ipe cruciat peccator in multitudine pene ⁊ doloris. ideo hanc pietatẽ influit suis filijs. Qz ꝑm Richardũ de sanc. vic. Cũma dei delectatio ẽ effundere ex se imbrẽ sue benignitatis ⁊ nature. Et qz isti duo sancti aplꝰ Simon ⁊ Judas sunt sub eo spũaliter nati cũ adhuc essent in terris mortales. ido influxit eis suã salubrẽ doctrinã mititatẽ. s. cuz dixit Matth̃. xj. discite a me. qz mitis sũ ⁊ humilis corde. q. d. Sicut ego mit⁹ sum. sic ⁊ vos estote mites ⁊ benigni. Influxit etiã ill̃ misericordiã cum dixit Luc̃. vj. Estote misericordes ⁊ benigni. Ex illo influxu possunt de eis cõpetenter exponi ꝙba p̃dicta. Isti sunt due oliue. in q̃bus duo ponunt. ¶Primo benignitatis mire nutrimentũ. ibi. isti sũt due oliue. Secõo claritat⁹ splẽdide incremẽtũ. ibi. ⁊ duo cãdelabra.

B De ꝓmo est notãdũ. ꝙd sancti aplꝰ hic oliue nõ imerito cõparant. ꝓmo ꝑm Isi. li. xvij. Oliua est arbor pacis nũcia. ideo in signuz pacis colũba portauit ad Noe in arcã ramũ oliue. Gen. viij In signuz pac⁹ romani mittebãt ad rebelles ramũ oliuaꝝ vt darent intelligere q; essent eis recõciliati ⁊ uniti. vt dicit in hist̃ia romanoꝝ. In signũ pacis pueri hebreorũ tulerũt ramos oliuaꝝ ⁊ obuiauerũt dño in die palmaꝝ. vt habet Matth̃. xxj. ⁊ Luc̃. xix. Ita isti beati aplꝰ Simon ⁊ Judas velut vere oliue fuerũt nũcij pacis. et sũt figurati p nũcios q̃ fecerũt pacem inter Josue ⁊ Gabaonitas. de q̃b⁹ legit Josue ix. Qui venerũt habẽtes cibaria ⁊ vtres vinarios. induti veterib⁹ vestimẽtis ⁊ panes erant duri ⁊ in frusta cõminuti. ꝓrexeruntq; ad Josue ⁊ dixerũt. de terra longinqua venim⁹ pacẽ vobiscũ cupiẽtes. Sic ⁊ ipi beati aplꝰ fecerunt pacẽ iter verũ Josue ⁊ xp̃m ⁊ gabaonitas. id ẽ peccatores q̃s xp̃o i pace p suas doctrias vnierũt Quia veri discipuli xp̃i nõ p̃nt pati discordias. sed amãt concordiã ⁊ pacẽ. ꝑm illud Hugo de sanc. vic. Ueri discipuli non miracula sz pacis ⁊ cõcordie ⁊ amoris opera constituerũt. Xp̃i eni sancti aplꝰ Simon ⁊ Judas nõ solum fuerũt pacis nũcij iter deũ ⁊ peccatores. sz etiã int̃ psas ⁊ indos q̃ cõtinue litigabãt. Jõo xp̃s ꝑm Greg⁹. et auctor pacis ⁊ amator. misit eos in persidam regionẽ vt vtrũq; populũ concordarẽt. Simon igitur qui interp̃tatur obediẽs ⁊ Judas quasi cõfidens obedienter ⁊ cõfidenter iuerũt portãtes verba dei qd̃ est cib⁹ anime ꝑm illud Deut̃. viij. Nõ in solo pane viuit homo sed in omni ꝙbo qd̃ ꝓcedit ꝺ ore dei. Similiter vtres vinarios. hoc est corda plena charitatis q̃ tanq; nobile vinũ letificat hoiez. ꝑm ps̃ Vinũ. s. charitatis. letificat cor hois. Jõo Simon alia interp̃tatiõe ponẽs tristiciã ꝺ Judas q̃si iubilũ dans. Xp̃i eni mediante illa deposuerũt tristiciã afflictoꝝ ⁊ iubilũ infuderũt seu dederũt celestiũ gaudioꝝ. ita vt de quolibet illorũ ꝺ illud Tob̃. iij. ¶Post lachrymationẽ ⁊ fletum. exultationẽ ⁊ gaudiũ infundis. ¶Portauerũt etiã secũ vestimẽta vilia ⁊ vetera. ꝓpter q̃ ⁊ ipi fuerũt cõtempti. Qz nouerũt dictũ sapiẽtis Eccl̃i. xj. In vestitu ne glorieris vnq̃. Insuper habuerunt secũ panes duros aspere correctionis ꝙtra hos magos Saroen ⁊ Arphaxat ꝑm illos aplꝰ. j. ad Timoth̃. v. ¶Peccãtes coram oibus argue sz dure. vt ceteri timorem habeãt. Sic igit̃ isti aplꝰ habẽtes cibaria ꝙbi veritatis ⁊ corda plena vino charitatis venerunt ad ducem Baradach et dixerũt de terra longinqua sz iudea venim⁹ facere pacẽ iter vos persas ⁊ indos. ⁊ noli timere. quia pax huc nobiscuz intrauit. ⁊ cras hora diei tertia legati indorum ad te venient ⁊ tue ꝓuincie subijcient cũ pace. Quis eni dubitat istã pacẽ merito apostoloꝝ sancto/rum esse factam. certe nullus. Quia dicit beat⁹ Hiero. in quadam epla. ¶Pacifici primo in corde suo. deinde inter fratres dissipãtes faciunt pacem. Ita nos fideles necesse ẽ esse oliuas pacis. Quia dicit beatus Aug⁹ de verbis dñi sermone. v. ¶Pax ẽ securitas mẽtis trãq̃llitas animi. simplicitas cordis. vinculũ amoris. cõsortium charitatis. Hec ẽ q̃ bella cõpescit. iras comprimit. supbos calcat humiles amat. discordias sedat. inimicos ꝓcordat. cũctis ẽ placida nescit extolli inflari. et hãc q̃ accipit teneat. q̃ pdidit repetat. q̃ non habet exquirat. hec ille. Sz heu quidam nostrum habent se sicut tannus q̃ ꝑm Jsiõ. libro. xvij. est arbor spinosa. Si enim vẽto fuit agitata seipam aculeis ledit manũq; tangentis ⁊ pedes pungit. In calidis regionibus multotiens igneum flatum emittit. Sic et illi sunt tam rancorosi in seipis quando soluz a ventis aduersitatis pulsant starim pacẽ dimittunt ⁊ ad discordias incitãt. Sicut legitur de quodã in vitas patrũ. li. ij. c. xciij. qui habitãs in claustro frequenter ad discordiam mouebatur. hic ait intra se. Si solus habitarẽ. ad iram

nō tam cito ꝓuocarer. Intrās igit in heremū relict clauſtrū. Ꝑz q̄dā vice cuz vaſculū aq̄ repleuiſſet. ⁊ illud mox eēt euerſū impleuit mox ſcdo ⁊ tertio. Ꝑz iterato aq̄ euertēte vaſculo. fundebat in terrā. ⁊ tūc ille furore cōmot⁹ iecit vaſculū i terrā ⁊ cōfregit. Scdo oliue varios faciūt fruct⁹. quoꝝ ꝑmi ſunt terreſtres ⁊ virides. ſecūdi ſūt rubei. tertij ſūt nigri. et quāto ſunt nigriores tāto ſūt maturiores vt dic̄ ꝓli. in hiſto. natu. lib. xvij. c. ij. q oleū extorquēdū vt meli⁹ eliq̄t neceſſe eſt baccas ſiue grana aq̄ feruentiſſima ꝓfundere. Nam p talē vnctuoſitas ab amurca ⁊ nucleo ſepatur Ita iſti ſancti apli Simō ⁊ Judas triplices fecerūt fructus olei miſcdie. de q̄bus legit in cano. di. xlv. tria ſunt genera. Primū fuit in remittēdis iniurijs ſicut ptz de iniurijs magoꝝ ꝑdictoꝝ q̄ ipos p/ ſequebant cū pontificib⁹ idoloꝝ. Ꝑz ipi eis oia remittebant ſm doctrinā magiſtri ſui. ſ. xpi. q̄ docuit eos dicens Mat. v. Diligite inimicos vros. ⁊ bñfacite his q̄ oderūt vos. ⁊ orate pro ꝓſequentib⁹ vos vt ſitis filij patris veſtri q̄ i celis eſt. Sic ⁊ nos ſi volum⁹ eſſe filij dei debem⁹ iniurias nobis illatas remittere. Q̄r dic̄ Caſſianus in li. ſanctoꝝ patrū. Neq̄q̄ celeſtia ſumūt p̄mia q̄ ſeipos vindicant iniuriaſq̄ illatas. Q̄r aūt non ſit bonum ꝓprias iniurias vindicare. Refert Greg⁹ in. iij. dialogo. Quidaz vir ſimplex noie Florētin⁹ in heremo habitās habēs vſum ſibi a deo in cōſolamē datū. Q̄d ſciētes quattuor monachi cōdixerūt vt vſum occiderent. Q̄d ille cū cōperiſſet factuz ait. Spero in oipotentē deū q̄ i hac vita ante oculos hoiuz ex malicia ſua vindictā recipient. q̄ nihil ledentem ſe vſū meuz occiderūt. ſta timq̄ illi q̄ttuor q̄ b̄ fecerūt elephātico morbo ꝓcuſſi ſūt. ita vt mēbris putreſcentib⁹ interirēt. Q̄d factum ille cernēs expauit vehemēter ⁊ oi tpe vite ſue deplorauit. Et dic̄ Greg⁹ q de⁹ iō b̄ fieri ꝓmiſit. ne vir mire ſimplicieatis quātolibet dolore cōmot⁹ vltra p̄ſumēt iaculū maledictiōis ⁊ vindicatiōis intorquere hoi. ſz patiētia ē ſemp i oib⁹ habēda. Vñ Aug⁹ ꝺ vbis dñi dic̄. Patiētie ē eq̄ aio oia tollerare ⁊ nō murmurare ꝓtra illuz q̄ malū ei fac̄. Talit fecerūt ſcti apli. q̄b ē valde meritoriū. Aug⁹ vbi ſupra. Nō granū ꝺ palea ꝓcutit ſz mundificat. Roſa int̄ ſpinas orit tñ non ledit ſz pulchrior creſcit ⁊ cautior. Sic Job cautior fuit i doloribꝰ q̄m Adā i voluptatibus paradiſi. q̄ ille vicit p patiētiā. iſte aūt victꝰ erat p gulā. Ita adhuc heu multi iueniūt qui oēs iniurias ſuas volūt illico vindicare verbis maledictiōis. nō attēdētes illꝺ Deut. xxxij. et Roma. xij. q dic̄ dñs. Mihi vindictaz ⁊ ego retribuā. Dicaūt iſti apli nō fecerunt. q̄ nec iniurias eis illatas p alios vindicare voluerunt Nā cū dux pōtifices incēdē vellet. ꝓhibuerūt apli ne b̄ fieret. cū ipi nō veniētes occidere ſed viuificare mortuos miſſi eēnt vt dic̄ African⁹ i legēda Terti⁹ fruct⁹ quē fecerūt ſancti apli fuit i corrigēdo erroneos. Ipi eni errores gētiliū correxerūt ⁊ in b̄ miſcdiaz oſtēderūt. Q̄r dicit Aug⁹ in Enchir. ⁊ habet. xlv. di. c. Et q̄ emēdat. Nō ſolū inq̄t in eo q dimittit atq̄ orat vt dimittat. verūetiā in eo q corripit ⁊ aliq̄ emēdatoria pena plectit elemoſynā facit. q̄ miſericordiā p̄ſtat. Et Jac. v. Qui ꝓtit peccatorez ab errore vie ſue ſaluabit aiaz ei⁹ ⁊ operit multitudinē peccatoꝝ. Quart⁹ fruct⁹ fuit i tribuēdis elemoſynis. Ipi eni tāq̄ fructifere oliue d ſe fuderūt oleū ſancte elemoſyne. q̄ fuerūt ꝓfuſi feruētiſſima aq̄ ſpūſſancti. ſicut d Ezech. xxxvj. Effundā ſup vos aquā mūdā ⁊ mūdabimini ab oib⁹ inq̄namētis vris. Et vbi fuerit illa aqua ſpūſſancti ibi vnctuoſitas miſcdie fluit ab hoie. Sic ⁊ nos debem⁹ eē oliue fructifere de nob dantes oleum elemoſyne. Recte eni ſic oliua de ſe fundit oleū ⁊ tñ nō deficit i futuruz. ita nos ſi paupib⁹ miſcdiaz fecerimus in bonis ñ deficim⁹. Sm illd ꝓuerb. xxviij. Qui dat pauperi nō indigebit. Qui deſpicit deꝓcante ſuſtinebit penuriā. Q̄d ꝓfirmat Aug⁹ i ſmone. x. d aduētu dñi. Jō inq̄t flagellamur in frugib⁹. q̄ egētib⁹ nō bñ facim⁹. Jō ſubdit. Dicit tibi de⁹ ſi ꝓſideras hō ingrate. teipm ego feci q̄d fueri meū ē q̄q̄d habes. ego dedi tibi ⁊ ingratus es Ecce q̄d tibi dedi auferā a te. ⁊ ſi potes viue ſine me. Tibi dedi q̄ habes. pauperi nō dedi vt te ꝓbarē. nō q̄ vnde darē non habui. ſz p pauperē te ꝓbare volui. Ego ſū deus q̄ paupere ⁊ diuitē feci. Per te diuitē pauperē paſcere volui. Progatoꝝ te i bonis meis cōſtitui. fac ergo miſcdiaz. q̄ nihil pdis. ⁊ me q̄ tibi dedi non offendis. Nec ſol⁹ comedas q̄d ambobus creaui q̄ te fingis filijs tuis fuare q̄d oib⁹ pōt ſufficē. An ſi tuo b̄ laboze habes aſſignes. ſi tuos eſſe putas ipos fruct⁹ q̄s terra ꝓducit. ꝓba. Ecce aufero auxiliū meū. habeto tu laborē tuū. abduco pluuiā meā ⁊ arefaciā terrā tuā. Auferaz miſcdiaz meā. ⁊ apparebit miſeria tua. ſi tua ē terra. mea ē pluuia. plue ſup terraz ſi potes. ꝓducat germen tuū ſi valeat. fac oriri ſolē vt excoquat meſſem tuā. Ecce nūc ſpergā pluuiam meā. ⁊ ꝓducet terra tua panē. Et ipa tra nō eſt tua ſz mea. Sm ps. Dñi ē tra ⁊ plenitu. ei⁹. ego fructuoſiſſimā feci pluuiā meā. vt ꝓducat tra tua panē. ⁊ pauper mei habētes me oia habēt Si q̄d habes q̄ me nō habes. q. d. nihil. hec ille. Ex his dict ptz ſi fuerim⁹ fructifere oliue in donis elemoſynaꝝ xps erit miſericors datoꝝ i bonis ditritiaꝝ. Refert Apiarius venerabilis eps. In ptib⁹ Brabantie erat matrona q̄ circa mōtes alpium i anglia habitabat. ⁊ magna eo tpe erat fames et valida. ita vt cōmunis ppli

multitudo moreret. Illa autē matrona opib⁹ ⁊ genere clara egenis cepit sine pondere ⁊ mēsura ⁊ numero liberaliter erogare. Qđ cernēs vir ei⁹ miles artauit eam vt eis farine mēsuraz certā p singulas hebdomadas daret Cū autē die qnadā totū expenderat. instante paupe p̄cepit dña ancille vt diligēter cistam scobet. in qua farina erat ⁊ pauperi daret Sic fecit ancilla vt dña iussit. Post hūc vero venit alter qui se nihil comedisse infra biduū deplorabat. Qđ audiēs domina fleuit amare. Iteratoq; iubet ancillā scobare cistā ⁊ pauperi dare. itrauit ancilla nihilq; penit⁹ remansisse dixit. Instante autē dña cum lachrymis. cucurrit patiēti⁹ illa ⁊ cistā aperiēs plenaz florētissimis similis mox inuenit. Ad cuius intuitū ancilla clamās cecidit resupina. Clamore audito cucurrit dña. occurrit dñs ⁊ familia viso miraculo dñm i omnibus benedicunt. Qđ or ipe dñs horreū aperuit letus omnib⁹ ex illa die egentib⁹ ⁊ venientibus largissime dedit. Nec desinit farina in cista donec supueniente angusto approp̄inquaret dñs populo suo quē afflixit. Et dicit eps q̄ hoc scribit q; p̄dictus miles sibi retulit nisi fuisset hoc diuinū miraculū. nequaq; tria vel q̄nq; milia horrea sibi suffecissēt. Tertio oliue sūt pingues in materia olei. ⁊ quāto sereni⁹ fuerit celū de tāto meli⁹ pficiunt. Quia ꝑm Poli. lib. xj. c. iij. serenitatē rorem q; celi ⁊ aeris diligūt. caligineq; pluuiaz deficiūt. Si enim tūc oliue matureſcunt vitiāt oleū ⁊ cōsumit Serenitas autez q̄cito venerit liquor subsequit. Ita nostri beatissimi ap̄li oliue speciose fuerunt pingues in gr̄a spūssancti. quā copiose in die p̄tecostes cū alijs ap̄lis receperūt. ꝑm illud Act. ij Repleti sūt oēs spūsancto. Ideo dilexerūt lumen celi. id est. xp̄m. q̄ est lux vera illuminans omnē hoiez venientē in hūc mūdū Joh. j. Jp̄i sunt figurati p duos filios Jsaac. Gen. xxvij. q̄bus bñdixit. dicēs Jacob. Det tibi de⁹ d ro/re celi ⁊ de pinguedine terre abundātiā frumēti. vini ⁊ olei. ⁊ seruiāt tibi populi. Sed Jsaac sic bñdixit Esau. In pinguedie terre ⁊ rore celi desup erit bñdictio tua. Mystice Jsaac iterpretat gaudiū ⁊ significat xp̄m. q̄ ꝑm venerabilem Bedā in omelia. suoz gaudiū oiuz effect⁹ est populoz angelo attestāte q̄ ait: Ecce euāgelizo vobis gaudiū magnū qđ erit oīi populo. Luc. ij. Hic inquā bñdixit Simonē beatuz dicens: Det tibi de⁹ de rore celi. hoc est de gr̄a spūssancti. et de pinguedine terre. de qua p̄s. Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Abū dātā frumēti. id ē. doctrine. vini. id ē. amoris. ⁊ olei. id ē. misericordie. ⁊ seruient tibi populi. q; hoc p totam christianitatē fidele seruitiū ab omni populo in sancta eccl̄ia beato Simoni exhibetur ⁊ Jude fratri suo. ꝑm illō qđ canitur. Exultet celū laudib⁹. resultet t̄ra gaudijs apostolorū gl̄ia. sacra canūt solennia. Sic etiā nos xp̄iani exemplo horū apostoloz serenitatē cōscientie ⁊ rorem. scz gr̄am spūssancti debemus diligere vt simus bone oliue. ⁊ vt q̄libet dicere possit cū p̄s. Ego quasi oliua fructificaui i domo domini. Sed p̄chdoloz aliq; nostrū pl⁹ diligūt caliginē peccatorū in qua impinguescim⁹ Joh. iij. Lux venit in mundu; ⁊ dilexerūt homines magis tenebras q; lucē. Quia dicit Cōstantin⁹ in li. de natura liquidorū. Sum⁹ eteni in tenebris naturaliter pinguiores. Cui⁹ ratio est. Nam tenebre frigida corpora cōstringūt ⁊ operiūt. ne humidū qđ in natura dulce fuerit euaporari q̄dem possit. quēadmodū i captiuis cernit. quia postq; de tenebris exeunt pinguiores solito apparēt vt refert Valeri⁹ li. vj. Sic ⁊ nos intra caligines ⁊ tenebras peccatoruz vt frequēter sum⁹ pinguiores quo ad felicitatē et affluētiam terrenorū. ꝑm q; Rich. testat d sanct. Quāto eteni q̄s mentis sue tecitate caligi neq; oppressus fuerit. tāto in hac vita felicior apparebit. Sic patuit de diuite epulone ⁊ auaro q̄ hic feliciter abādabat ⁊ laute comededat. Luc. xvj. postea spoliat⁹ fuit p mortē omnib⁹ rebus ⁊ nudus ē in inferno sepultus Et nūc q; illa pinguedine dicere pōt cum p̄s. Aruit tāq; testa virtus mea. Quum ad scōm est notandu refert Jsid. li. xvj. de gēmis. c. j. cū Poli. in li. de mira. mūdi. q̄ i q̄daz tēplo dee veneris erāt facta cādelabra subtilia. in q̄bus erāt lumia ardentia q̄ nullo imbre nec vlla poterāt extingui tēpestate. ⁊ puenit ex virtute cuiusdē lapidis q̄ albeston dicit. qui vt magister li. xvj. ꝑpriet tū dicit cū semel accēsus fuerit extingui nunq; poterit. de q̄ ⁊ dicta cādelabra erāt facta. Qđ ystice. p hoc templū intelligit sancta eccl̄ia in q̄ homies debēt cōtēplari diuina. ꝑm illud beati Aug̃l. dis. xlij. c. oratorū. In eccl̄ia inq̄t p̄ter orandi ⁊ psallēdi cultū nihil penitus agāt. In hac inquā erāt duo cādelabra Simon beatus ap̄s ⁊ Judas. de q̄bus in vbis thematis Jsti sūt duo cādelabra lucētia ante dñm. qz mūdū illuxerūt vndiq;. ita vt de eis pōt exponi illud Matth̄. v. Vos estis lux mundi. Sup hec tamen cādelabra posuit de⁹ specialiter lumē itellectus. qz deus ꝑm Aristo. iij. rhetoricorū. aie infundit lumē. Illo igit lumie illustrati cognouerūt versutias demonis ⁊ magoz quorū p̄stigia detegebāt. In hoc etiā lumine cognouerūt verū lumen xp̄m. vt dicere possint cuz p̄s. In lumine tuo videbim⁹ lumē. Illud lumē in eis nūq; potuit extingui nec imbre tribulationis. nec tēpestate aduersitatib⁹. ita vt q̄libet dicere pōt cum p̄s. Cuz ipo sum i tribulatiōe. qz i aduersitatibus oībus a xp̄o nūq; recesserūt. Sed b lumē intellect⁹ heu nob multotiēs extinguit

ꝛ offuſcaꝫ. ꝛ hoc declarãt naturales et ꝑcipue Auicebꝛon in li. fontis vite. Lumẽ q̃dẽ oĩi alt̃o lumie ſupueniẽte quodãmodo obumbꝛaꝫ ſic mãifeſtũ ẽ ꝺ ſtellis q̃ ſolẽt lucẽ ꝺ nocte. Surgente aũt mane ſole ſtelle obumbꝛanꝫ. qꝛ lumẽ maius offuſcat minus. Sic lumen ⁊itatis: gr̃e ꝛ intellectus in nobis nõnũq̃ offuſcaꝫ veniente vmbꝛa tribulatiõis ꝛ imũdane felicitatis aduentu. Teſte Damaſceno. li. vij. cõtra errꝛes grecoꝝ. Uenit lux inq̃t de celis qꝺ lumie mundane felicitatis ꝛ affluẽtie penit⁹ obumbꝛeſcit ſed hoc lumẽ affluentie interdum infert penalitatẽ eternã. Quia dic̃ Athanaſi⁹ in ſermone Nihil eni aliud q̃ mortem coꝛpis ꝛ aie ipa infert felicitas ꝛ affluentia hui⁹ vite. Cui ꝯſonat Hiero. ꝯtra Jouinianũ. Cãꝺoꝛ inq̃t ꝛ claritas huius vite caliginẽ infert cecitatis atq̃ hoꝛroris eterne. Et ꝓbaꝫ in ſimili. Refert Philaretus in tractatu de natura moꝛboꝝ. Jta diſponunꝫ anni vt poſt annos ſiccos ꝛ calidos anni pueniãt humidi. poſt hũidos ſicci. Cui⁹ ratio eſt. Nam ſm Calcidiũ ſup thymeũ platonis. qꝺ vni annoꝝ ſubtrahiꝫ. hoc anno ſequẽte vlterius adimpleꝫ. Jta ꝓuidẽtia iuſti dei cõſilij diſponit. vt poſt lumẽ mundane felicitatis. doloꝛ ſequaꝫ eterne penalitatis. Sz poſt egeſtatẽ ꝑſentis miſerie felicitas ꝓſto ſit beatitudinis ſempiterne. Ad hoc ſonat dictũ Sidonij i epiſtolari. Poſt mũdi inquit hui⁹ gaudia eterna debeꝫ meſticia. ꝛ preſſurã hui⁹ ſeculi neceſſe ẽ gaudiũ eterne beatitudinis comitari. Jdeo lumen intellect⁹ nõ debet in nob̃ ſtatim extingui mũdana felicitate veniẽte. Sed mediãte eo videre debem⁹ q̃d eã finaliter ſequaꝫ. ſcz miſeria ſempiterna Quare moyſes Deuꝫ. xxxij. optat dicẽs: Utinã ſaperẽt ꝛ intelligerent ac nouiſſima ꝓuiderent. Et metriſta. Quicq̃d agas ꝓuꝺẽter agas ꝛ reſpice finẽz. Non debes o homo ꝑ mundanã felicitatẽ vel aduerſitatẽ lumen inte extinguẽ rationis. ſ. in ꝓſperitate te extollere ꝛ in adũſitate deficere a deo recedendo. Qꝛ ſancti apl̃i Simon ꝛ Judas tam in ꝓſperitate q̃ in aduerſitate ſemp lucebãt. qꝺ figuratũ eſt Zach. iiij. vbi legiꝫ. Uidit cãꝺelabꝛũ circa qꝺ ſtabãt due oliue. vna a dextris ꝛ alia a ſiniſtr]. Per has duas oliuas ſignificãꝫ duo apl̃i q̃ ſp ſtabãt circa xp̃m ꝛ lucebãt a dextris ꝓſperitatis. cum adhuc manebãt cũ xp̃o dicebãt Joh. vj. Dñe ad quẽ ibimus verba vite habes. A ſiniſtris aduerſitatis qñ ꝓſecutiones patiebanꝫ nec ab eo recedebãt. Sz iã põt dici illud cũ ps. cx. O xp̃e cadẽt a latere tuo. id ẽ. a ſiniſtra tua mille. et decẽ milia a dextris tuis. Qꝛ multi in aduerſitate a deo recedũt ꝑ impatiẽtiaz. ꝛ multo plures in ꝓſperitate ꝑ excellentiã. Sic non iſti apl̃i. Jdeo q̃libet iſtoꝝ figuraꝫ Zach. iiij. vbi legiꝫ ꝙ dixit Zacharias. Uidi ꝛ ecce cãdelabꝛũ aureũ totũ. ꝛ lampas eiꝰ ſup caput eius. ꝛ ſeptẽ lucerne ſup illud. ꝛ ſeptẽ infuſoria erãt ſup caput eiꝰ. Per h̃ cãꝺelabꝛũ ſignificaꝫ beatus Simõ cũ fratre ſuo Juda Jp̃i eni luxerũt ꝑ mũdi climata ſm doctrinã mgr̃i Matth. v. Sic luceat lux veſtra coꝝ hominib⁹ ꝛẽ. fuerũt aurei. qꝛ ſicut aurũ in ignẽ poſitũ nihil euapoꝛat. ita iſti i ignẽ poſiti tribulatiõis ñ euapoꝛauerũt ꝑ impatientiã nec minoꝛati ſunt in fide ꝑ idolatriã Jdeo põt exponi de ip̃is illud Sap. iij. Tanq̃ aurũ in foꝛnace ꝓbauit eos. ꝛ ſic holocauſta accepit eos. Etiã ſicut aurũ inſpicientes letos facit hoies. ſm illõ Fontini in deſcriptione vniuerſi. Cũq̃ aurũ inſpicim⁹ naturaliter leti ſumus. qꝛ ſm Tharẽtinũ li. ꝺ onera. In natura aurũ ſibi dulcoꝛat ꝓmũ aerẽ ꝛ alterat. Aer autez alterat⁹ coꝛ al terat humanũ. Sic in ſili cũ deuoti hoies hodie inſpiciũt ꝑ fidele ſeruitiũ hos aureos apl̃os. veraciter letãtur in oĩbus ſuis neceſſitatib⁹ ꝛ tribulatiõib⁹. Jdeo dicit Amb. li. p̃fa. Ingruẽte metu tribulationis ꝛ anguſtie tutũ eſt ſub vmbꝛa ſanctoꝝ apl̃oꝝ confugere. quoꝝ a facie oĩs fugit doloꝛ tribulationis afflictioniſq̃ humane ꝛ mũdane Fugata igiꝫ tribulatione leticia comitaꝫ. ꝛ p̃cipue leticia ſempiterna erit eis q̃ digne ſeruiunt illis apl̃is. ſm illud Euſe. ſmone. iij. Intuentes q̃dem aureã lucẽ celeſtiũ gaudioꝝ ſp̃ũs intus accipim⁹ ineternũ. ꝛ ſic ꝓꝛ ꝙ fuerũt candelabꝛa aurea beati apl̃i. Hec cãꝺelabꝛa habuerũt ſup caput lãpadem aureã. id ẽ. fidem que ſm Chry. ſup Matth. aiam ſicut lampas domũ illuminat. qꝛ fides eoꝝ luxit contra bereticos ꝛ magos deceptoꝛios. In hac lãpade fuit oleum charitatis. iocunditas mentis. et puritas ꝯſciẽtie. Sup illa legiꝫ ſp̃ualia candelabꝛa fuerũt ſeptẽ lucerne ꝑ quas intelliguꝫ ſeptez ⁊tutes beatoꝝz apoſtoloꝝ Simonis ꝛ Jude q̃s habuerũt. quarũ tres ſunt theologice. ſcz fides. ſpes. ꝛ charitas. Allie q̃ttuoꝛ cardinales q̃ ſunt ꝓuꝺẽtia. magnanimitas. ꝓtinẽtia. ꝛ iuſtitia. Habuerũt inſuper iſta nobiliſſima cãꝺelabꝛa ſeptẽ infuſoria q̃ ſunt ſeptẽ ſp̃ũſſancti dona ſcz timoꝛ. pietas. ꝯſiliũ. intellectus. foꝛtitudo. ſciẽtia. ꝛ ſapiẽtia. Sic moꝛalit. oĩs ꝓlatus ſiue vir eccleſiaſtic⁹ debet eſſe cãꝺelabꝛũ luminoſũ Sed heu q̃dam ſũt vt aſſerit Petr⁹ raueneñ. i ſmone. q̃ ante dignitatis adeptionẽ ſatis cõmendabiles extiterũt. ꝛ ſup cãꝺelabꝛũ eccleſie ꝯſtituti lumẽ in tenebꝛas ꝛ famã in infamiã cõuerterũt. quoꝝ vnus Saul q̃ ante electionem i regiã dignitatẽ erat elect⁹ ꝛ bon⁹. ꝛ nõ erat de iſrael vir melioꝛ eo. vt habeꝫ. j. Reg]. ix. Sz factus rex. eſt in maliciã ꝙuerſus. ꝛ ſic in multis alij̃s inueniꝫ. de q̃bus ſubdit ꝓdictus doctoꝛ. Melius inq̃t fuiſſet ilios latere ſub modio q̃ cũ infamia cãꝺelabꝛũ aſcẽdiſſe. Et ſubdit. Ad

huc enī turpitudo eorum sub paupertatī obsequio lateret nisi eam dignitas diuulgasset. creuit honor. ⁊ cuz honore infamia. ꝓuato peccāti sepe parcit. sz si ꝑlatus deum querit in eī infamiā lingue oiuz acuunt. hec ille. Ex quo habetur q̄ necesse ē q̄ ꝑlatus sit cādelabrū luminosum p sapientiaz ⁊ lampas sup caput eī. hoc ē xp̄s fulgens p gr̄az in mente ipius. ⁊ sic d̄ aliis ꝛtutibus. ⁊ tm̄ de secūdo.

De omnib⁹ sanctis. sermo p̄mus.

A Videns iesus turbas ascēdit in montē. Matth. v. Dicit Aristo. li. pbleumatū. Aspiciētib⁹ inq̄t nobis in solē cōtinue tres effectus seu euent⁹ accidūt ⁊ ꝓtingūt. Nā sternutatio sequit̄ ocul⁹ lachrymat̄. ⁊ visus aliqualiter excecat̄. Cui⁹ ratio ē. q̄ excellēte lumine solis humidū liquat̄ oculorū. qua quidē facta liquatione sternutatio accidit. lachryma effluit. visusq̄ obscurior apparebit. Mystice. p solē quo ad p̄sens eterna beatitudo que est de⁹ designat̄. Recte enī sicut sol ꝯm Isid. est fons totius luminis quo oia superiora ⁊ inferiora illustrātur. Quia luna vt ait Aristo. in libro elemētorū semp mediāte sole illuminat̄ ⁊ oēs alie stelle. Quid enī est splēdor solis nisi illuminatio lune ⁊ stellarū. Ideo de⁹ ē fontale p̄ncipiū luminis matris sue Marie ꝟginis ⁊ oiuz sanctorū. quoz hodie sb̄ vna memoria festū celebrat̄. Jō possunt dicere illud ps̄. Bñe apud te est fons vite. et in lumine tuo videbim⁹ lumē. hoc est nostrā claritatē. q̄ ipe est ꝯm Greg. in collecta sanctorū oiuz splēdor mirabilis. Sed si nos mortales in hāc lucē superne beatitudinis ⁊ claritatis sanctorū. oculum anime defigim⁹ sequit̄ mox sternutatio admirationis ⁊ stuporis. ꝯm illud Anastasij i sermone. Cūq̄ beatitudinis eterne gaudia intra mentē resoluere incipio mox stupore imēso extra meip̄m transeo. Et homo cogitās hāc beatitudinē ⁊ gaudiū sanctorum. ⁊ tiq̄ lachrymas nō potest cōtinere q̄ tādiu ab eorū societate debet esse. sicut p̄dictus doctor anastasi⁹ qui subdit. Atq̄ i corpore tādiu ꝓtrahi ab hac sanctorum claritate nimis lāgueo ⁊ lugeo Sic dauid qui luxit. Heu mihi q̄ incolatus me⁹ ꝓlongatus est. Etiā oculi nostri totaliter excecāt̄ mentis. si voluerim⁹ gloriaz ⁊ lumē sanctorū pscrutari. q̄ est impossibile. sicut ptz de sanctissimo Aug. qui scribit in ep̄la ad Cirillū dicēs. Dū in mea cellula quiescēs cogito qualis esset omnib⁹ beatis qui cū xp̄o gaudent glorie ⁊ leticie quātitas. breuē vellem scribere ep̄lam sanctissimo Hieronymo destinandā vt quicād ex hac sentiret respōderet. Sciueram enī in tam difficili questione a nullo alio viuētiū me posse euidentius edoceri. Cūq̄ iam scribens. salutationis exordio Hieronymū ꝓuocārem. ineffabilē subitolumē. nūq̄ visum tēporib⁹ nostris minimeq̄ linguis declarandū. cū ineffabili inauditaq̄ odorū fragrātia. cellulā in qua scribebam intrauit. hora iā cōpletorij. Quo a me viso stupore admiratioēq̄ cōmotus animi ⁊ membrorū ꝟtutes amisi. nec sciebam deniq̄ q̄ dextera mirabilis dei tūc exaltasset seruū suū Hieronymū. Et subdit. Inter hec meis strepētib⁹ cogitationib⁹ q̄d hoc esset. de luce hec dicēs verba remicuit Aug. Aug⁹. quē quer⁹? putas ne breui vasculo imittere mare totū? breui includere pugillo terraruz orbē? celū frenare ne vsitatos exerceat mot⁹? q̄ oculus null⁹ hoiuz vidit. tu⁹ videbit. q̄ auris nll̄a p sonū hausit. audiet tua. que cor humanū nullatenꝰ intellexit. nec etiam cogitauit. estimas ne posse itelligere? certe ne/ quaq̄. Poti⁹ totū mare in artissimo claudere/ tur vasculo. potius totū terrarū orbē paruul⁹ teneret pugill⁹. Poti⁹ a motu cōtinuo celū desisteret. q̄ gaudiorū ⁊ gl̄ie qua beatoz aie sine fine potiunt̄. minima etiā itelligeres. hec Hiero. De hac beatitudine ⁊ gl̄ia sanctorū oiuz recitat euāgeliū dicēs: Videns iesus turbas In quo p̄ncipaliter tria describunt̄. Primo multitudo electorū. ibi. Videns iesus turbas. Secundo pulchritudo celorū. ibi. Ascendēs in mōtez Tertio sanctorū differētia. ibi. Beati paupes spiritu. De p̄mo est notādū q̄ reges ⁊ p̄ncipes B ⁊ potētissimi seculares cōsueuerūt habere i suis seruitutib⁹ ⁊ exercitib⁹ multitudinē famulorū. Qđ declarat̄. iiij. Reg. xix. de potēte rege Sennacherib. qui venit cōtra filios israel pugnaturus habēs in suo exercitu centū. lxxxv. milia armatorū. Idez legit̄ Judith. ij. de Nabuchodonosor rege magno. qui volēs oēm terram suo imperio subiugare vocauit Holofernem exercitus sue militie p̄ncipē dicens. Egredere aduersus omne regnuz. ⁊ nō parcat oculꝰ tu⁹ vlli regno omnē vrbē munitaz subiugabis mihi. Tunc holofernes vocauit omnes magistratus virtutū assyriorū et numerauit viros i expedionē centū xx. milia pedituz pugnatoꝝ. ⁊ eq̄tes sagittarios duodecim milia. ⁊ operuerunt terrā sicut locuste. Refert etiā Oros⁹ super cantica q̄ p̄ncipes romanorū tantā habuerunt ciuiū multitudinem q̄ Hanibal princeps charthaginensiū in vno die tot ciues romanos interfecit q̄ tres modios annulorū digitis eoꝝ abstraxit. Mystice. omnipotēs de⁹ qui est rex regū ⁊ dñs dominātiū Apoc. xix. multitudinē sibi elegit famulorū. habet enī in suo exercitu hoc est in imitatiōe passionis. tantā militū multitudinē. q̄ excedūt nō solū numerū militū regis Sennacherib et regis Nabuchodonosor. C sed etiaz p̄ncipum romanorū. Refert btā Brigida regina in libro suarum reuelationum. Si

§. ⁊

mensurares terrã centuz pedũ in lõgitudine et seminares eam plenã paruis granis tritici ita cõpresse q nõ esset distantia inter granũ ⁊ granũ nisi articul⁹ vni⁹ digiti. ⁊ qlibet granũ daret fructũ centuplũ adhuc essent plures martyres passi Rome. a tẽpore illo quo Petr⁹ venit vsq ad tẽpora quib⁹ Celestin⁹ papa ad suã solitariã vitã recessit. Refert etiã gloriosus Hieronym⁹ in epla ad Hiliadrũ. q añ tẽpora Theodosij impatoris quo ipe floruit. tot fuerunt iã martyres martyrizati. q per singulos dies. diuersarũ puinciarũ vrbiũ. plusq octingentorũ aut nongentorũ miliũ martyriũ sint nomia. vt null⁹ sit dies q nõ intra q̃nq milia martyru numerũ reperiri possit ascript⁹. excepto dum taxat die kalẽdaz Januarij. ⁊ dic doctor Bartranus de vesti. crea. per creaturas. Estimo q m'to plures tẽpore pacis. postea ab hereticis ⁊ paganis vsq ad psens sunt in bellis ꝓtra paganos p fide xpi martyrizati ⁊ iusticia. tam in bellis q̃ in pdicatione fidei. Quis enī dubitet q̃n multos martyres fecit prauitas paganorũ. ⁊ heretica prauitas bohemoz. q̃ iam sũt cõputati in numero electorũ. Quia dicitur in cano. xxiij. q. v. c. Omniũ q̃sq fideliũ q̃ morit in certamine qõ cõtra infideles agit celeste regnũ pmeret. Et si tot tanti q̃ sunt martyres. ⁊ q̃t sũt sancti innocẽtes q̃ ab herode sunt occisi. ꝺ quibus Apoc. xiiij. Et cũ agno centuz. xliiij. milia habentes nomẽ eius ⁊ nomẽ patris ei⁹ scriptũ in frontib⁹ suis. Etiã multi tẽpore Constãtini imperatoris sũt cõuersi ad xpm vt dicit Nicolaus ꝺ Lira sup Apoc. vij. quos enumerat ibidem Johãnes ex duodecim tribub⁹ israel. ex qualibet duodecim milia signati. Et postea addit. Post hec vidi turbã magnã quã nemo dinumerare poterat. ex oibus gẽtibus ⁊ tribub⁹ ⁊ populis. stantes añ thronũ in cõspectu agni. amicti stolis albis. Et dicit Nicola⁹ de Lira i glosa q tempore Diocletiani tot fuerũt martyres q dinumerari nõ poterãt. qz infra trigita dies decẽseptẽ milia occidit. Et vna die cũ collega suo Maximiano occidere iussit Thebeorum legionẽ. scz sex milia sex centa ⁊ sexaginta sex. Judices etiã de mandato ipoz tot interfecerũt q sub certo numero redigi nõ potuerũt. Quia diocletianus viginti ãnis legit impasse Ecce numera si potes exercitũ regi celoz christi. qui oẽs ipm per bellũ martirij sũt secuti. O quot sunt patriarchaz in numero ⁊ pphetarũ. certe nobis inumerabiles. Ideo dictũ fuit Abrae Gen. xv. Suspice celũ ⁊ numera stellas eius si potes. sic erit semen tuum. Ubi dicit glo. Semen abrae sũt oẽs sancti q̃ inumerabiles sunt. Ideo dicit euãgelista. Videns ihesus turbas. Sup quo dicit Simon de cassia. Turbarũ nomine multotiens multitudo hominuz designatur. ⁊ hoc q̃tum ad ꝑmum. Q̃tum ad secũdũ ponit celoz̃ pulchritudo. cũ dicit. ascẽdit in mõtem. de quo ps. Quis ascẽdit in montem dñi. aut q̃s stabit in loco sctõ tuo Et alibi. Mõs dñi mõs piguis. Pro quo sciẽdũ ꝺm naturales mons libani oẽs mõtes pulchritudine p̃cellit Est igit mons redolẽtie ⁊ aromatic⁹ ꝓpter flores herbasq odoriferas. ẽ mons pulchritudinis et amenitatis ꝓpter cedrorũ. palmarũ. cipressorũ. oliuarũ. arborũ q̃ aliaz pceritatẽ. ꝓpter auiũ siluestriũ sonoritatẽ. riuorũ ⁊ fontiũ multiplicitatẽ. est mons leticie ⁊ iocũditatis ꝓpter abundãtiã vini leticie inducti. Est etiã mons cõfidẽtie ⁊ securitat. quia nõ sunt ibi serpẽtes neq aliud aial venenosuz ꝓpter aromatitatem morari pmittit. ideo ibi tute quiescit ⁊ dormit. vt dicit Hiero. Mysti ce. per hũc montẽ libani intelligit mons celi in quo bñplacitũ est deo habitare. vt ait ps. Est enī mons mire redolẽtie. qz ibi est redolẽs flos cãpi. Can. ij. Ego flos campi ⁊ liliũ cõualliuz. Ibi sunt viole angelorũ. oliue patriarcharũ. ⁊ balsam⁹ pphetarũ. Illic cipressi apl̃oz. rose martyrũ. palme cõfessorũ. ⁊ lilia v̈ginum. De hoc pleni⁹ dicit Aug⁹ in li. supputationũ. parte. xxvij. c. ij. Speciosa facta es ⁊ suauis in deliciis o mater hierusalẽ. ideo rex regũ in medio ⁊ pueri ei⁹ in circũitu ei⁹. Ibi hymnidici chori ãgeloz. Ibi societas ciuiũ supnorũ. Ibi dulcis solẽnitas oiuz ab hac terrestri pegrinatiõe ad tua gaudia redeuntiũ. Ibi pphetarũ puidus chorus. Ibi iugis apostolorũ numerus. Ibi innumerabilis victorũ exercitus. Ibi sanctorum cõfessorũ sacer cõuentus. Ibi veri ⁊ pfecti monachi. Ibi sancte mulieres q̃ voluptates seculi ⁊ sexũ infirmitatis vicerũt Ibi pueri ⁊ puelle que annos suos morib⁹ trãscenderũt. Ibi sunt oues ⁊ agni q̃ iam huius mundi loqueos euaserũt. hec ille. Et reuera mons ille celi glorios⁹ mons pulchritudinis ⁊ amen⁹. Quia dicit beat⁹ Aug⁹ de libero arbitrio. li. ix. Tanta est pulchritudo supne glorie. tãta est amenitas lucis eterne vt etiã si nõ liceret in ea amplius delectari q̃ vni⁹ hora diei ꝓpter hoc solũ inumerabiles hui⁹ vite dies pleni delitijs ⁊ circũfluentia honorũ tẽporaliũ merito despicerẽt. Tã enī pulchra est ⁊ suauis vt ea visa non põt amplius delectari. oẽm vincit dulcedinem. omnẽ exuperat cõcupiscentiã ⁊ sola sufficerẽt si nulla alia adessent. Sed ꝓter ea ibi adest cedrus alta iocũda ⁊ decora v̈go maria q̃ dicit Ecci. xxiiij. Ego q̃si cedrus exaltata sũ i libano que celestẽ ꝓ oib⁹ sanctis letificat mõtẽ. qz ipa ẽ sole splẽdidior. Sap. vij. Ideo ad hãc pulchritudinez desiderauit beatus Aug⁹ in lib. suppuẽ. parte xxvij. c. ij. Felix aia mea q̃ semp in secula felix si intueri meruero gl̃iam tuã. beatitudinẽ tuaz

portas ⁊ muros atq; plateas ⁊ mãsiones tuas multas nobilissimas aues tuas ⁊ fortissimũ regem tuũ in decore tuo. Quare nãq; tui ex lapidib⁹ p̃ciosis. porte tue ex margaritis optimis platee tue ex auro purissimo. in q̃b⁹ iocundũ alleluia sine intermissione concinnit. hec Aug⁹. Ibi insup ẽ celestium auiũ dulcis sonorositas. Qz ſm amãdũ in horolo. sapie li. j. c. xij. ibi celestes armonie p̃sonãt. diuine frigelle intonãt. voce iubilosa decãtãt. Ibi letabũda plaudunt agmina. ac se letis blãda miscẽt modulamina choris. Nõ aũt in ꝺ monte iubiloso ẽ dulcis sonoritas angelorũ. legit q̃dam monachus legens hũc ꝟsuz p̃s. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe quã abscõdisti timentib⁹ te ⁊c. sup hoc cepit feruide cogitare. Qua durãte cogitatione q̃dam auicula veniẽs saltauit ante illum: cepitq; dulciter cantare. Ille enĩ nimiũ in dulcedine eius delectat⁹ deꝑhendere nitebat hãc. auicula se remoti⁹ elõgauit Monachus autez totus p̃ dulcedine estuans. relicto psalterio exiẽs claustrũ sine licentia illã sequebat in quoddã nemus. Cũ autẽ auicula sup arborem sedebat ipe inter duas arbores resedit vt dilig̃eter cantus dulcedinẽ auscultaret. Peractis igit trecẽtis ⁊ q̃draginta annis auicula ipm reliquens celos penetrauit. Ille aũt putãs se solum a ꝓma vsq; ad tertiã a claustro abfuisse. cũ intrasset inuenit omnes officiantes ĩmutatos. Querẽtibus igit illis q̃s eẽt. eis ordinẽ enarrauit. Tunc in cronicis eoz est inuentũ trecẽtos ⁊ quadraginta ãnos ab abbate quo abiuit defluxisse. O q̃ dulc̃ cãtus modulatio ibi ẽ ĩ cel vbi nõ solũ vn⁹ angel⁹ cãtans audiet. sed mille milia ⁊ decies cẽtena milia angelorũz dulcissima organa audiẽt ⁊ ñ solũ voces angeloz. verũetiã cantus oĩuz beatoz. Ido beatus Aug⁹ optat audire hec modulamina dulciũ vocũ in libro supputa. vbi supra. Felix ego ⁊ vere im/ ꝓpetuũ felix si post resurrectionẽ huius corpusculi audire meruero illa cantica celestis melodie q̃ cãtent ad laudẽ regis eterni. ab illis sup/ ne patrie ciuib⁹ beatorũq; spirituũ agminib⁹. fortunatus ero ⁊ nimiũ beatus si cãtare meruero ⁊ assistere regi meo. Est insuper mons celi mons leticie ⁊ iocũditat. Qz vt ait Aug⁹ vbi supra Exultẽt oẽs in ꝓpr̃ijs mãsionib⁹. dispar est gl̃ia singuloz. sz cõmunis ẽ letia oĩuz plena ⁊ pfecta vbi regnat cabritas q̃ de⁹ ẽ vna oĩbus quẽ sine fine videt ⁊ semp vidẽtes ei⁹ amoze ardent. amãt ⁊ laudant. Oñe opus eorum laus sine defectu ⁊ sine labore. Et Bonauẽtura doctor Ut inq̃t ꝺ aliaz oĩuz pene inumerabilũ iocũda visione ⁊ leticia taceam. mirabiliter oĩuz spirituũ mentes letificat. ⁊ mira ineffabili gaudio oẽm beatã creaturã inebriat videre illi⁹ celestis regine claritatẽ ⁊ sue beatissime. plis glorificatã humanitatẽ. Et subdit. O aia mẽte deuota ꝓtracta q̃d sit plenũ oĩuz suauitatũ gaudium. videre hoiez hois ꝓditorẽ. feminã oĩuz cõditoris genitricẽ. ieſũ quondã frẽm pditũ. abiectũ ⁊ despectũ. nũc viuentẽ ⁊ regnantẽ. nunc oĩbus imperãtẽ. Est ⁊ deniq; mons ꝓfidẽtie et securitatis. qz ibi sedẽt in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie. ⁊ in reqe opulẽta Esa. xxxij. Ideo Vincẽti⁹ in spe. histo. lib. xxxiij. in fine dicit. hanc beatã sanctoz vitã facili⁹ ẽ consequi q̃ enarrare. cui⁹ erit cursus sine termino. vsus sine stadio. sub antiquis ꝓpetuisq; gaudijs semp nona iocũditas ⁊ sine vllo amittẽdi periculo pfecta felicitas. In isto glorioso mõte suauissime redolẽtie. pulchritudinis. leticie et fiducie. parauit hodie de⁹ sanctis suis oĩb⁹ festum gaudiosuz ſm illud qđ canit eccl̃ia. O q̃ gloriosũ ẽ regnũ in quo cũ xp̃o gaudẽt oẽs sancti. Ideo nos xp̃iani cuz illis debem⁹ gaudere ⁊ festũ eoz h̃ i terris deuote pagere vt ill̃ post mortez associari mereamur. Rogem⁹ ergo ⁊c.

De oĩbus sanctis sermo secũdus.

Beati pauperes spiritu. qm̃ ip̃oz ẽ regnũ celoz. Matth. v. Ꝑli ĩ specu. natu. ait. q̃ oẽs aues tenebrose diuturno tpe excecant sicut in volatilib⁹ cernitur noctuaz q̃ nõ die sz nocte volãt. Cui⁹ rationem ponit Isi. in histo. dicẽs: Tante se fore noctua estimat pulchritudinis q̃ si in die volatũ faceret tot⁹ mũdus ob nimiã pulchritudinẽ eã caperet ⁊ teneret. Etiã in noctico/race ⁊ i bubone q̃ oculos suos ad lumẽ solis nõ valẽt attolere ꝓpter debilitatẽ. Mystice. iste aues sũt homines mũdiales q̃ sunt in cordib⁹ suis tenebrosi. ita vt de eis dicit aplus ad Roma. j. Obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Et q̃uis sint obscuri tamẽ querũt pulchritudines hui⁹ mũdi ⁊ delicias. ⁊ nollũt attolere oculos cordis. affectũ ⁊ intellectum. ad eternã beatitudinẽ. sed ad diuitias. Contra quos dicit Anſ. in ꝓsologion. Et beat⁹ Aug⁹ in medita. li. v. Cur p multa vagaris homũcio querẽdo bona creata. ama vnum bonũ in quo sũt oĩa bona ⁊ sufficit. Si delectat pulchritudo fulgebunt iusti sicut sol. Si libertas aut fortitudo sit̃es erũt angelis dei in celo. Si longa ⁊ salubris vita. ibi sanitas eterna. qz iusti imꝑpetuum viuent. ⁊ salus iustoz a dño. Si satietas ⁊ ebrietas. satiabimur de gl̃ia dñi. inebriabunt ab vbertate domus dei. Si melodia. ibi canũt angeli Si societas ⁊ amicicie. ibi sanctoz societas ⁊ oĩuz vna volũtas. Si honores ⁊ diuitie. ibi gl̃ia et diuitie in domo ei⁹. Si securitas ⁊ certitudo. ibi oĩuz tẽpoz eterna lõgitudo. hec ille. Si illa homo mũdialis attẽderet. cecitatem cordis vtiq; repelleret. ⁊ oculos eius ad sanctoz beatitudines eleuaret. de q̃b⁹

Sermo

